BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
71
3 B
26
M
~~7-11-D-11~~
4.-9.E 26

1

VII a 32

45. A. 57

[illegible] at [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] f. 5 [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

pro [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] 7. 10 [illegible] 6 [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] f. 11 13. 15. 17. 27. 31. 35.

[illegible] [illegible] [illegible] 36 f. 41.

[illegible] [illegible] 43. 44.

Papa [illegible] [illegible] 45. 46.

Parma. Placentia [illegible] 47 48 49.

Papa [illegible] [illegible] 51. 53. 55.

Electi [illegible] [illegible] 56

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] f. 17

[illegible] f. [illegible] 29. 32. 45. 48. [illegible] 63 [illegible] 67 [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] 69. 71. 76. 72 [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] 81. 89. 94

[illegible] f. 20. 96. 105. 98.

[illegible] f. 22.

[illegible] [illegible] f. 61. [illegible] 149.

[illegible] [illegible] 31.

[illegible] [illegible] 32.

[illegible] 43.

[illegible] [illegible] [illegible] 42. 50.

[illegible] 44

[illegible] [illegible] f 46

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 47.

[illegible] 70

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Capitur Rex Franciae. 55. [illegible]

[illegible] 56

Rex Franciae [illegible]

Foedus [illegible] 62.

[illegible] foedus [illegible] 72

[illegible] inter [illegible]

72

Caesar [illegible] 77.

[illegible] 80

Germani [illegible] Galli. 79

Germaniae [illegible] 80

[illegible] 80

[illegible] 81

[illegible] 100.

31-3-B-26

Digitized

Digitized by

GALEACIVS CAPELLA DE REBVS GETIS PRO RESTITVTIONE FRANCISCI II. MEDIOLANENSIVM DVCIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Caleacij Capellæ ad Illuſtriſſimum Franciſcum II. Mediolanenſium Ducem in Libros de rebus geſtis pro eius reſtitutione Præfatio.

EX ijs qui litterarnm ſtudio famam aucupati ſunt: nonnulli idcirco a ſcribenda hiſtoria ab/ſtinuere: aut quod antea tractata aggredi/& ex alieno labore nomen ſibi quærere parũ laudis eſſe ducerent: aut ꝙ de temporum ſuorum rebus opus con texere/arbitrabantur non eius eſſe/qui ita vitam in/ſtituiſſet/vt cuperet prodeſſe q̃ plurimis/ lædere au tem neminem vellet: quum omni tempore Terentia/num illud ipſo vero verius fuerit. Obſequiũ Amicos veritas odium parit: Alij autem minus ea ex cauſa de/territi/ne domeſticis/& proximis in enarranda rerũ veritate diſplicerent/externa ſectati ſunt; & pro cer/tis ſæpenumero incerta litteris tradiderunt: Quod cum maxime ab eo/qui ſcriptis ſuis fidẽ adhiberi cu/piat/fugiendum ipſe cẽſerem: nec quæ aut alibi/aut iampridem euenerunt referre: nec ea qbus interfuiſ/ſem tacere æquum ducerem: nihil magis curaui/q̃ vt hiſce in libris/quibus res geſtas pro tua reſtitutione Princeps Illuſtriſſime complexus ſum/nullius hono/ri/aut famæ detraherem: & quãuis hæc eadem ab alijs/& copioſius: & cultius ſcriptum iri exiſtimem: Tamen a me præcipue memoriæ tradenda eſſe cen/

ſui:quia dũ partes tuas ſequerer/& Hieronymo Mo
rono Legato tuo domi.foriſq; operam ab epiſtolis im/
penderem:multa audire/ad diuerſos Principes ſcribe
re/atq; videre mihi contigit: Quæ alij fortaſſe incer
tis rumoribus iactata aliter fuiſſe affirmabunt: Atq;
ob id in ſcribendo ero parcior:quod nec ijs omnibus/
quæ eodem tempore diuerſis in locis interdũ gereban
tur/vni licuit intereſſe:& mihi qui te/tuoſq; ſecutus
ſum/minus aduerſariorum conſilia aliquãdo nota fue
re: Adde quod omnia in prælijs ſtrenue facta ſingilla
tim referre/quæ multoties nec ipſi quidem Duces ſci
re poſſunt/hominis eſt intemperanter abutentis eo/
rum ocio: qui hæc legere non aſpernentur: Quocir/
ca mihi ſatis eſſe decreuerã ſummatim ab initio eius
belli/Quod Leo Decimus Pont. max. contra Gal/
los geſſit vſq; ad redactũ in Cæſaris poteſtatem Me
diolanenſe Imperium res geſtas litteris mandare: quo
niam bellis vndiq; poſtea gliſcentibus tutum aliquem
ſeceſſum quærens/e/patria diſceſſi:tum ꝙ quietio/
ribus temporibus(ſi Dij permiſiſſent)reſeruari cupie
bam:tum etiam quod tam diuturnas calamitátes ſub/
ſecutas/audire malui/q̃ videre:verum vbi quaſi poſt
liminio tandem redij ac rerum quæ poſtmodũ in Inſu
bribus euenerunt ex nõnullis qui interfuere clarius
intellexi ſeriem/pro mea in te obſeruantia & ſtudio
de eſſe nõ potui/quin ea etiam explicarem quæ adeo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

iuſtá cauſam tuam apud omnes Europæ Principes effecerunt:vt Summus Pontifex: potentiſſimi Galliarũ Angliæq; Reges/ac Veneta & Florẽtina reſp.arma tuæ defenſionis cauſa magna cum ſuorum iactura/ & ſumptu ꝑpe incredibili ſumere nõ abnuerint: neq; prius abiecerint/q̃ patefactis æmulorum tuorum calumniis mitiora conſilia haud aſpernatus Carolus Cæſar/te Mediolanenſibus tuis reddiderit:quibus tanto optatior extitiſti:quanto poſt abſceſſum tuum omnia magis aduerſa perpeſſi:non niſi te reſtituto meliorem Fortunam ſperabaut.

Galeacij Capellæ de rebus geſtis pro reſtitutione Franciſci. II. Mediol. Ducis Liber Primus.

POST adeptam a Franciſco Galliarũ Rege Mediolanẽſem Ditionem,/bella iam aliquot annos in Italia ceſſauerant: nec quiſq̃ ex Italis Principibus iuſtam nouarum rerum cauſam habere videbatur: Nam inprimis Leo Pontifex qui Romanæ Eccleſiæ nuper Vrbini Ducatum addiderat/non habebat quod vlterius vllo Iure temptaret Carolum etiã huius nominis Quintum Rom. Imp. rebus ſuis in Hiſpania/ Germaniaq; nondum conſtitutis/nihil preter Neapolitanum Regnum curare pleriq; exiſtimabant: Venetos Gallo coniunxerat fœdus arctiſſimũ: & ob Brixiam/Veronãq; pauloante eius auxilio receptas Regi decebat eſſe addictiſſimos: Florentini Romani Pont. nutu ſtatum reipnblicæ moderantes /nihil agebant præter illius arbitrium: Genua Regijs auſpicijs nitebatur: in Lucenſibus/ Senenſibus/& in Federico Gonzaga qui Mantuæ dominabatur/plus erat timoris/ne potentiores Principes aliquid aduerſum ſe ſe molirentur/q̃ vt ipſi quidpiam auderẽt innouare. Vnus tantum in Italia Alphonſus Eſtenſis Ferrarienſium Dux adem-

ptis per eccleſiæ potentiã duabus vrbibus Mutina &
RegioLepidi male erga Pontificẽ animatus exiſtima
batur.Sed tamen nõ deſperabat/quin Regijs fauori
bus(quippe qui Gallici nominis ſemp ſtudioſiſſimus
fuerat)oblata occaſiõe eſſet aliquãdo amiſſa recupe/
raturus.& propterea cũ Põtifice dolorẽ diſſimulabat.
In Italiæ autẽ finibus iam aliquot annos.Tridẽti age/
bat Franciſcus Sforcia Lodouici Mediolanenſiũ olim
Ducis filius:qui haud mediocres a Gallo conditiones
multoties oblatas aſpernatus nulla vnquam temporũ
aut Fortunæ iniquitate adduci potuit/vt ius paterni
Ducatus illi cederet:quin pro eius recuperatiõe varia
iamdudũ cõſilia animo voluens externorum Italorũq;
principũ auxilia non ceſſabat implorare.Quod & ſi
Gallus antea timuiſſet:tamẽ iam metuere deſierat ob
fœdus Eluetiorũ nuper initũ qbus adiũctis reliquarũ
rum gentium arma ſibi formidanda eſſe nõ cenſebat
Atq; is erat Italiæ ſtatus anno a Natali Chriſtiano vi
geſimo primo ſupra milleſimũ & quingenteſimũ Cũ
Carolus Cæſar ægre ferens Galliarũ Regẽ Mediola/
nẽſibus/qui antiquo iure ad Romanũ Imperiũ perti/
nerẽt nullis nõ modo ab ſe impetratis/ſed nec etiã re/
quiſitis Principatus titulis dominari:Leonẽ Pontificẽ
nuncijs ſollicitare cœpit/vt rebus Italiæ proſpiceret:
neq; ſineret Gallũ/quem comunem amborũ hoſtem
eſſe aſſerebat/noua indies virium acceſſione in Italia

creſcere. cuius quidẽ monitis Pontifex alacriore ani-
mo annuiſſe exiſtimatur/quod Gallo adhuc infenſus
eſſet: quoniam in Rauennate prælio dum Legatũ age
ret ab eo captus in Galliam tanquam ad perpetuum
carcerem adduceretur/niſi repentino arborum ſtre-
pitu territis militibus qui cuſtodiæ cauſa vna ibant/
duo ſtrenui iuuenes Papienſes ipſum libertati reddi-
diſſent. Auxerat Pontificis etiam odium Franciſcus
maria a robore/cuius arboris inſigne geſtat cognomi
natus Vrbini Dux: quem ſuperioribus annis Gallorũ
ope & impulſu putabat ad inuadendum Eccleſiæ Ro.
imperium cum exercitu immiſſum: nihilq; propterea
magis cordi habebat/quam vt de Gallis vindictam
ſumeret/animumq; expleret ſuũ. Fœdus autem per-
cutiunt his cõditionibus/vt comunibus armis & ſum
ptibus Gallos Italia expellant: Placẽtia Parmaq; Ro.
eccleſiæ pareant: Franciſcum autem Sfortiam in reli-
quam Mediolani ditionem Ducem conſtituant. Ad
quod citius peragendũ inuitauit fœdus a Gallo cum
Eluetijs paulo ante initum: quod ſperabant dirimi
poſſe ipſius Pontificis cũ ea natiõe auctoritate & gra
tia/ac antequam officijs Gallorum/& muneribus ar
ctius vincirentur: Non ceſſabat Pontificis ac Cæſaris
animos ita coniunctos ad ſuſcipiendam expeditionẽ
adhortari Hieronymus Moronus: qui cum aliquãdo
Lodouico.xij. Galliarũ Regi ſtrenuam operam præ-

buiſſet Franciſco eius ſucceſſori ſe minus gratū agno/
ſcens/neglecta Patriæ & Fortunarū iactura Triden/
tum ſe contulerat/ibiq; Gallo infenſus/cum Sfortia
per id tempus in Flandria apud Cæſarē ageret/quo/
tidie Mediolanēſium animos/& preſertim Gibellinæ
factionis homines ſollicitabat ad defectionem:preci
pueq; apud Italos Principes Sfortiæ reſtitutionē litte
ris cōmendabat/Atq; vt Gallorum expulſionē haud
difficilem fore demonſtraret : Pontifici ſignificat/a
ſe nuperrime cum plurimis Mediolani & vicinarum
vrbiū primatibus/qui gratia apud reliquos valerēt/
tractatum fuiſſe/vt Regi rebellarent:eq; Gallorum
manibus Imperium/excitato in omnibus eodem die
ciuitatibus tumultu/eriperent:neq; eis tempus con/
cederent deligendorum peditum cum cis alpes ſta/
tionem tantum equitum mille per Pacis tempora ha
bere conſueuiſſent: quorum auxilio populis rebel/
lantibus minime reſiſti poſſe ſperabat: atq; ita ipſe
ſtatuto die ad maturandum inceptum Tridento ab/
ſcedit: Quod tam clandeſtine tamen fieri non po/
tuit/quin extēplo præſenſerit Federicus Gonzaga
Bozuli oppidi in agro Mantuano princeps:qui a Gal
lis ſtipendia nuper mereri cœperat: Quocirca ad eū
intercipiēdum/quem non ab re diſceſſiſſe ſuſpicaba
tur diſpoſitis militibus: ipſe non nullos rumores qui
de Mediolanenſium rebellione ad ſe delati fuerant

indicaturus, Mediolanū aduolat ad Thomam Fuſiū ſcuti Dominū/qui pro Odetho fratre vices regias in Italia gerebat: Digna animaduerſione viſa res eſt ob periculi magnitudinem: & cum pleriq; exiſtimarent Parmam primum debere temptari: quod in Regio lepidi multi exules Mediolanenſes aduerſus Gallum non bene animati conueniſſent: ſtatim Fuſius/cum nulli adhuc pedites delecti eſſent: vna cū equitibus/ & cum aliquot proceribus Gallorum & Mediolanenſium/qui Gallicæ parti fauebant Parmam contendit: & cum Intellexiſſet Moronum vitatis inſidijs Regiū perueniſſe, nullam moram interponendam ratus eo ſtatim pergit/ Pontificiumq; vrbis Præfectū ad colloquium vocat. Introductus eſt in veſtibulum quoddam extra portam ciuitatis Fuſius: vbi ex compoſito trahens colloquium multa conqueritur q contra fœdus inter Pontificem & regem Bononiæ initū/& in illam vſq; diem ſeruatum exules & hoſtes Regij non ſolum in Romanæ eccleſiæ ditione hoſpitarētur Sed auxiliū etiam haud fruſtra quærerent. Interea Alexander Triuultius cum equitum turma/qui ſe ſe e legione Guidi Rangonis Pontificij ductoris eſſe ſimulabāt: per aliam Portam quæ ad Mutinam ſpectat vrbem ingredi temptat. Sed non latuerunt Regienſes doli. Quare correptis Armis Trimultium & Milites/qui cum eo erant/repellunt: ipſum etiam pilula plumbea

ſcloppo emiſſo quo armorũ genere pleriq; pedites hoc tẽpore vtũtur/adeo acriter vulnerant: vt poſtero die obierit: Quod Præfectus ſentiẽs cũ Regis legatũ ad huc in veſtibulo morã trahentẽ valde increpuiſſet: nõ defuerũt/qui cõpræhẽdendũ cẽſerent/quoniã æquũ videbatur nullã ei fidẽ ſeruari/qui fidẽ prius fregiſ/ſet: Sed cũ minus placuiſſet Præfecto cõſiliũ: ea con/uentiõe Gallũ dimiſit/vt q̃primũ nuntiũ mitteret ad Pontificẽ/exploraturus eius erga Regẽ voluntatẽ: & vtrũ Pacẽ an bellũ cũ eo mallet/ipſeq; Præfectus om nes Regio/ac finibus Mediolanenſiũ exules iuberet excedere. Intereaq; noui nihil fieret. Allato per falſos rumores nũcio Fuſium Regij captũ diſtineri/Manal dus Epiſcopus Terbellẽſis qui Mediolani pro illo age bat/ita fuit cõſteruatus/vt conuocatis ſenatoribus ac primoribus ciuitatis cõſultauerit/num Gallis in vrbe tuto eſſe liceret: & quãuis bono eũ animo eſſe omnes iuberent: tamen niſi paulo poſt magis certo nuncio allatũ eſſet Fuſiũ liberũ Parmã redijſſe/Galli omnes illico erant exceſſuri. Auxit per eos dies illorũ timorẽ caſus admirabilis. Erat ſupra fornicẽ portæ arcis Iouis turris nõ ſolũ ad propugnandũ munitiſſima/Sed aſpe ctu etiã pulcherrima. quippe in cuius fronte præter alia ornamẽta locatæ eſſent tutelariũ diuorũ marmo/reæ imagines ad amuſſim ſculptæ/cũ Inſignibus Sfor tianorũ Ducũ/qui tantã molẽ fundauerãt. Forte autẽ

cũ intra turrim ſeruarentur in vſum tormentorũ pluri
ma pulueris ſulphurei vaſa/Fulmen de celo ipſam te
tigit:& murũ ſcĩdẽs igneã materiã accẽdit:cuius im/
petus nõ ſolũ turrim euertit a fundamẽtis/Sed mœ/
nia etiã & arcis cubicula/ac reliq̃ edificij mẽbra proxi
ma humi proſtrauit:ſax aq̃ circũuolitantia duos arcis
pfectos q de more pauloante ad ſalutãdã virginẽ ma/
trẽ in ſacello iuxta portã cõuenerãt/in area deambu
lãtes occiderũt:alios quoq̃ e militibus:q ibidẽ aurã ca
ptabãt(erat enim æſtas & diei veſpa)interfecerũt:alio
rũ capita/thoraces/brachia & crura fregerũt:adeo vt
e ducẽtis ppugnatorib9 vix.xij.e tã magna clade eua
ſerint:neq̃ tãtæ ruinæ fragor ciuitati fuit ignotus:qn
& ipſa valido terremotu cõcuſſa magnũ pleriſq̃ iniecit
timorẽ/ne tota eo impetu corrueret:quo ſedato cũ ful
minis ardor vehemẽs verſus arcẽ viſus fuiſſet:innume
ri eo cõcurrẽtes omnẽ areã q̃ ante ipſam arcẽ erat latiſ
ſima/ſaxis opertã repererũt/admirabãturq̃ aliquot
lapides/q̃les decẽ boum iuga vix loco mouere potuiſ
ſent,qngẽtos & ãplius paſſus iactos fuiſſe:fundamẽta
turris euulſa ſupra portã ſtare:ipſius:faſtigia in imo
cõſpici:neq̃ id ſine Dei nutu eueniſſe exiſtimabãt:Cæ
terũ Galli dubitãtes ne p noctẽ Arx ſine pſidio remãe
ret:Sẽatores:Quæſtores & alios Magĩat9 Gallici ge
neris q pauci & ibelles in vrbe erãt arcẽ igredi iuſſerũt
donec poſtero die cataphractos eqtes centũ cũ totidẽ

velitibus Nouaria euocatos introduxere. Neq; huiuſ modi caſus ad ſuſcipiendum magis audacter aduerſus Gallos bellum Leonem Pontificem/& cæteros cum eo fœderatos parũ iuuauit:quippe qui vel ha c cauſa paulo poſt Eluetios agnouerit ſegniores factos ad ferendum Regi auxilium/contra quem non ſolum Pontifex/ſed ipſi etiam dij arma ferre viderentur. Interea nunciatum eſt Manfredum Palauicinum comite Ioanne cognomento Stulto regionum illarum latrone famoſiſſimo cum Germanorum copijs Comũ per Lariũ lacum proficiſci:quod Gallis non parum timoris incuſſit/exiſtimantibus id minime factum iri debuiſſe/ niſi prius Comenſium animi ſollicitati fuiſſent ad defectionem. ſed cum nullatenus præſidium in tempore parari poſſet/reliquum erat in vnius Gratiani Garri gubernatoris induſtria relinqui tutelam ciuitatis:qui ſuorum opinionem minime fefellit. Nam cum extra ciuitatem Diui Ioannis Baptiſtæ feſtum celebraret/ vt hoſtium copias intellexit aduentare/intra vrbem q̃primũ ſe cõtulit:excubiaſq; ex ijs quos Gallici nominis ſtudioſos antea cognouerat: circũ mœnia diſpoſuit. Nec diſtulit Palauicinus ciuitati appropinquare: fretus Benedicti Rumi comẽſis verbis: qui cũ Antonio Ruſca cõueniſſe dicebat vt ad cõſtitutũ tẽpus tantum murorum vrbis ſpatium/quibus ipſe proximus habitabat/per noctem intus effringeret/quantum

vir armatus poſſet introire. Atq; ita per dolum occupa
re vrbem ſperabat/anteq̄ Galli/qui pauci admodum
præſidio ſtabant/quidquā tale ſuſpicarentur: Sed lon
ge aliter res euenit: Nam cū nec Ruſca nec alius quiſq̄
ſignum iuxta conuenta protuliſſet. & Palauicinus fal
ſa ſpe ductus peditibus extra mœnia diſpoſitis de via
feſſus cubitum diſceſſiſſet nunciatur Comenſes vna
cum Gallis vrbem exire/& Palauicini copias adoriri:
quod tāta animi alacritate fecere vt quāuis ducēti vix
eſſent: tamen quadringētos Germanos pedites & toti
dē Italos poſtquā paululū pugnaſſent terga dare co/
egerint. Palauicinus ipſe ſuos perculſos videns/quid
conſilij caperet neſcire: an naues repeteret: an capeſſe
ret terreſtre Iter: tandem ita ſuadēte peditum Germa
norum Duce/qui a Garro pecunia corruptus male pu
gnauerat/per montes arduo itinere abſcedit: pleriq;
tamen naues petiere/& q̄ maxime poterant remis fu
gam parare nitebantur. Garrus vbi hoſtes formidinis
plenos cōſpexit: a locorum peritis admonitus ad occu
pandas quaſdā montis fauces nauibus contendit; quo
Palauicinum peruenire oportebat: atq; Ita incautum
cū Stulto & plerifq; alijs fugæ ſocijs excipit: facta Ger
manis omnibus abeundi poteſtate. Palauicinus autē
Mediolanum adductus tormentorum vi non ſolum
omnia a ſe incepta faſſus eſt. Sed etiam retexit q̄cunq;
a Morono intellexerat pro hac expeditione fuiſſe de

creta:captuſq; propterea eſt Mediolāi Bartholomeus
Ferrarius ciuis publicis muneribus geſtis ac vite ſplen
dore inſignis qui tametſi Morono eius operam aduer
ſus Gallos requirenti non fuiſſet aſſenſus:tamen quia
proditionem non indicauerat : poſt Palauicini atro/
ciſſimam cædem/& ipſe indigniſſima morte vitam fi
niuit.Stultus Comi ſecuri ꝑcuſſus eſt:Reliq autē tam
coniurati quam coniurationis cōſcij diuerſa loca pe/
tentes fuga ſalutem ſibi quæſiuerunt. Interea Fuſius
poſtquā exules Regio abijſſe intellexit:Mediolanum
reuertitur:& per Baptiſtam Romanum Trapezitam
Gallicæ factioni addictum parata pecunia menſtruū
ſtipendium pro adducendis peditum octomilibus ad
Eluetios mittit/Exercitum aduerſus Pontificem para
turus:q poſt temptatum a Gallis Regium iuſtū belli
gerendi prætextū nactus erat:pedites etiam deligit
ex Inſubribus:& Parmam quo iam Federicus Bozu/
lus cum quingentis & mille peditibus aduenerat/pro
ficiſci iubet:ſtatimq; ipſe etiā citato itinere eo redijt.
Iam Regis curia rumoribus & nuncijs motuum Itali/
corū/qui quotidiē deferebantur/repleta erat: ipſeq;
Fuſius multorum calumnias non poterat effugere:qui
ipſum Pontifici dediſſe aſſerebant iuſtiſſimam belli
gerendi cauſam/quod paulo ante Chriſtophorū Pa/
lauicinum Pontifici propinquitate cōiunctum virum
integerrimū/vt fortunis ſpoliaret in carcere tot men/

ſes retineret:quodq; ciuitatem Pontificiæ ditionis per dolum occupare tentaſſet:adeo vt Odethus quem ab oppido eiuſdem nominis Galli Lautrechum appellabant Inſubrum præpoſitus per id tempus apud Regem agens in fratrem timens concitatam inuidiam ad errorem ipſius ſi quid propterea deliquiſſet corrigendum q̃primum in Italiam venit. Dum hæc in Gallia agerentur iam Proſper Columna:qui pro Carolo Cæſare in exercitu imperabat, Bononiam aduenerat:Federicuſq; Mantuæ Princeps Pontificis copiarũ præfectus/equites pediteſq; vndiq; colligebat:& quia ſuperioribus annis Diui Michaelis aureum torquem acceperat/quo munere Gallorum Reges in beniuolentiæ & honoris inditium cõſueuerunt aliquos e proceribus ſuis & etiam externis decorare ipſum eundem Lautrecho/qui pauloante Mediolanum redierat per Tubicinem Principum(vt moris eſt)inter nuncium remittit: ſeq; hoſtẽ Regi fore profitetur: Quũq; Proſper Bononia cum his militibus qui ibi cõuenerant mouiſſet: & ipſe eodem tempore ad fluuium Lentiam cum ſuis copiis applicuit:Quo poſt paucos dies venit etiã Ferdinandus Daualus Piſcariæ Marchio cum cataphractis equitibus Neapolitanis/& Hieronymus Adurnus cum tribus milibus Hiſpanorum peditum:qui e claſſe rebus fruſtra Genuenſium temptatis nuper deſcẽderant.Inibiq; decretum eſt Hiſpanis & Italis pe/

ditibus qui numerum octo milium non excedebāt ad/
dere aliquot Germanorũ cohortes,atq; ita per Man/
tuanum veronenſemq; agrum præfecti in Germaniã
miſſi Germãorum quattuor/& Rhetorũ(quos Chri
ſones vocant)duomilia cõſcripſere.Iuſſuſq; propterea
fuit Daualus cum trecentis equitibus & valida pedi
tũ mãu in finibus agri Mantuani cõſiſtere quoad Ger
mani pedites per ſaltus Tridentinos deſcenderent: vt
ſi veneti illorum aduentũ impedire conarentur/ipſe
ad ferẽdum auxilium præſto eſſet.Auctis copijs Pro
ſper Columna cui & rei militaris ſcientia & ætate rerũ
ſumma deferebatur/Parmam cum exercitu contẽdit.
Quod Mediolani aud ens Lautrechus delegit in to/
tius ditionis ciuitatibus rei pecuniariæ præfectos q/
propterea quod e Gallia ſtipendia militum ad ſuſtinẽ
dum bellum tenuiter ſubminiſtrabantur/priuatim
quã maximã pecuniæ ſummam colligerent.quod qui/
dem tanta acerbitate exequebantur/vt cũ hac de cau
ſa tum ſupplicijs ac cædibus illorum/quos cõiuratiõ
nis conſcios fuiſſe agnoſceret/in non mediocre incide
rit populorum odiũ/& multorum animos a Rege alie
nauerit.Poſt hæc miſſis ad Eluetios qui octomilia pe
ditum ex ea natione adhuc adducerent:ipſe cum pri/
mis qui iam in agrum Mediolanenſem deſcenderant
Cremonam ire pergit.Verum anteq̃ diſcederet aduo
cata populi concione in hanc ſentẽtiam iam equo in/
ſidens

71-3-B-26

ſidens oratione habuit. Cōpertum habeo/viri Me/diolanenſes/ hoſtem qui aduerſus potentiſſimi Regis arma in Inſubres progredi audeat/auxilio potius nonnullorum e vobis/quam proprijs viribus confidere. Qui.n.fieri poteſt/vt Leo Pontifex qui ſuperioribus annis Franciſco Vrbini Duce bellum in ipſum mouente Romæ vix tutus erat/ nunc regiam potentiam tam parui faciat/ vt Gallos & præſertim adiunctis fœdere nuper Eluetijs laceſſat vltroꝰ aut vt Carolus Romanorum Rex rebellantibus in Hiſpania paſſim ciuitatibus ac pluribus Germanorum bellis occupatus nouum bellum in Italia aggredi preſumatꝰ niſi Mediolanenſes perfugæ non modo de ſeipſis/ Sed etiam de vobis multa pollicerentur. Huiuſmodi igitur ſpe freti iam machinas & tormenta adducunt oppugnatoria iam peditum equitatuſq; acies inſtruunt ſcilicet exiſtimantes incœpto foris bello/omnia intus tumultu concitatum iri. Quod & ipſe profecto timerem: niſi iam nonnulli perfidiæ dediſſent pœnas. pleriq; autem qui eodem erant animo ſupplicij metu abijſſent. ita vt exiſtimem quum hinc ad bellum profectus fuero: etiam ſi nulla præſidio reſtarent Gallorum arma: tamen qui ſeditionem faceret Mediolani fore neminem. Nunc vero quum milites & duces ad id delecti ſint/ adſitq; Ma/

naldus Therbellēſis epiſcopus / ſenatuſq; / ac cæteri Magiſtratus / qui rerum adminiſtrationi iuſtitiæq; præſint : reliquum eſt vt non modo fidem erga inui/ctiſſimum Regem inconcuſſam preſtetis / Sed & votis victoriam aduerſus hoſtes expetatis. Nam ſi (quod Dij nolint) nos cedere contingeret : quantum inter ditiſſimi Regis & hoſtium dominatum interſit experiremini. Hic enim iuſtis titulis Inſubrum Dux / ciuitatem hanc florentiſſimam eſſe optat : illi prædæ cauſa in iuſto bello imperium quærentes / nil aliud quam veſtras opes exhaurire cupiunt. Quod ſi & ipſe qui vices Regis hic gero in priuatorum arcas manum inieci : nemini tamen de Regia fide dubium eſſe debet. Nam ſi victor (vt ſpero) rediero ex ipſis ducatus vectigalibus æs mutuum ad tempus conſtitutum numerabitur. Sin ſecus ceſſerit : mihi grauior eſſe debebit vna cum Regis opibus proprij honoris atq; etiam vitæ / quam vobis modicæ pecuniæ amiſſio. Nec locutus plura / nullo expectato reſponſo Cremonam abijt : indeq; confecto ſupra padum ponte ad oppidum ſanctum ſecundum cum Eluetijs proficiſcitur. Interea Proſper cum exercitu Parmam circumuallauerat : biduumq; tormentorum impetu quaſſauerat mœnia : adeo vt magna illorum pars humi ſtrata eſſet. Quare qui intus

eran metu perculſi/tertiam ferme vrbis partem deſerunt: quæ Parma fluuio interfluente diſcluditur: ripamq; fluminis/qua ciuitatis reliquum terminatur/vallo/vaſis vinarijs/cratibuſq; terra oppletis muniunt. Itaq; introgreſſi milites quod derelictum erat depopulantur. Simul animus erat totam ciuitatem adoriri/quippe qui non maiore conatu occupare quod ſupererat ſperarent/ſed Ferdinandus Dauałus totius peditatus præfectus/ſiue quod gloriæ Proſperi cuius ductu res gerebatur/inuideret:ſiue quod Lautrechum cum Eluetijs propinquum metueret/preſertim ſi miles in diripienda vrbe occuparetur.affirmabat/his copijs vrbẽ valido preſidio & muris aggeribuſq; munitam non poſſe expugnari:& propterea nolle peditum periculum in ea re/de qua victoriam non ſperaret/tam propinquo hoſte facere. Quod & ſi Mantuanus imprimis ægre ferret:qui vt prima militiæ rudimenta ſumma cum dignitate gerebat/ita laudis quam maxime erat cupidus/animoq; angebatur bonam victoriæ partem/quæ in deleto Parmæ pſidio cõſiſtebat/ſibi tanq̃ e manibus eripi:tamen p Hierõymũ Moronũ Frãciſci Sfottiæ deſignati Mediolanẽſiũ Ducis legatũ malebat de ea re q̃relã fieri. Sed cũ nihil pficeret:q; Dauałus ciuitatẽ expugnari non poſſe ẽt ſi maxime oẽs eniterẽtur/aſſeuerabat.placuit Ducibus ad fluuium Lentiam retrocedere:ubi tãdiu

moratũ eſt quoad a Põtifice litteræ nuncijq̃ redirent qui in bello quid fieri vellet retulerunt. Plurimi au/tem iam timebant: nec diſſoluto exercitu: Mutinæ Regio/Bononiæq̃ preſidia Imponi iuberet: & inter/ea Inducias ac etiam pacem a Rege oblatam non aſpernaretur: quem inuitum hoc bellum ſuſcepiſſe pleriq̃ affitmabant. Sed adeo Pontificis animus expellendi Italia Galli deſiderio flagrabat/vt nihil præterea proſpiceret Iamq̃ Ennius Epiſcopus ve/rulanus/quem in initio belli miſerat ad Eluetios: vt peditum decem milia inde adduceret/ad ipſum ſcripſerat: nihil iam obſtare quo minus id concede/retur: preterquam quod contra Gallum cum quo pau loante fœdus percuſſerant/Signa ferre parum con/ueniens videbatur. Cæterum aduerſus Placentiam & Parmam/quarum vrbium ius ad eccleſiam ſpectabat: ac etiam aduerſus Ferrarienſium Ducem eſſe ventu/ros: & demum pecunia (ſi opus ita foret) facile eſſe ali quos e Ducibus corrumpere: qui milites quo res po/ſtularet technis ſuaſionibuſq̃ impellerent: Que ſen tẽtia cũ Põtifici placuiſſet: Iulio Cardinali Medici Pa trueli ſuo q̃ Florẽtiæ adminiſtrabat rẽp. mãdat: vt ad Exercitũ cũ ſũma poteſtate cõfeſtim ꝓficiſcat̃ ſimulq̃ Matthæo Card. Sedunẽſi cuius opa in cõciliãdis Elue tiorũ animis verulãus utebat̃/parẽ Iulio ꝑtãtẽ tribuit

amboſq; hortatur/vt q̄ maxime poſſint Eluetiorũ de
ſcenſum in Inſubres accelerent. Que omnia cum Pro
ſper per nuncios Roma redeuntes ac per litteras Pon
tificis intellexiſſet lætus rebus in comune ſignificatis
Padum apud Caſalemaius oppidum ponte facto traij
cit cum exercitu. Quo Cardinalis Medices citato iti
nere ſummo cum omnium gaudio applicuit. Soluta
Parmæ obſidione Lautrechus dimiſſo tantummodo
in vrbe cum octingentis Italis peditibus Federico Bo
zulo cum reliquis copijs Cremonam ad pontem iam
antea confectum properat: ibiq; Ducum qui regio ſti/
pendio militabant votis ex ploratis/pleriq; ſentiebãt
rem prælio eſſe finiendam preſertim anteq̄ Eluetij/
quos per Rhetos & Bergomatum agrum audiebant
Pontificis imperio iter facere/cũ hoſtili exercitu con
iungerentur & antequã maior Eluetiorum numerus
a Gallico exercitu diſcederet. qui frequentes quotidie
domum redibant: vel quod Lautrechi imperium non
placeret: vel quod Iulij Cardinalis opa propoſitis pre
mijs ad diſcedendum ſollicitarentur: vel quod etiã pe/
cuniæ quæ e ſola ditione Mediolanenſi difficulter exi
gebantur ad tantum bellum ſuſtinendum/ ſegnius in
terdum ſubminiſtrabantur. Sed cum ad Robechum
oppidum iuxta olij fluminis ripam Proſpero e regio/
ne caſtrametante pugnandi data eſſet occaſio/Duxq;
vrbinas qui in exercitu veneto aſſidebat/intercæte/

ros affirmaret feliciter euenturum ſi pugna eo tẽpore
cum hoſte committeretur:aliquotq; Eluetiorum Duces
ab ipſo Lautrecho manus conſerendæ copiam ſibi dari
efflagitarent/donec inualidæ eſſent hoſtium vires/
& quæ paulopoſt præſidio iam aduẽtante augerentur
nunquã tamen adduci potuit/vt Eluetijs cũ hoſte pu
gnandi faceret poteſtatem : quo conſilio incertum eſt.
Sunt qui dicant illum ſperaſſe per oratores Eluetiorũ
qui proficiſcebantur ad Cardinalem Medicẽ rem com
poni:nõnulli ipſum affirmant/vt cæteris in rebus/ita
etiam in bello multorũ vota perquirere/quodq; alijs
minus placuiſſet tanquã ſolus ſaperet multoties elige
re conſueuiſſe.Sed vt ſe ſe res habuerit. Proſper nullo
accepto damno quã celerius potuit exercitum inde re
traxit.Non enim ignorabat ſe malo conſilio exercitum
locaſſe/Sed ipſum mouerat Legati veneti Ducibꝰ rei
publicæ in bello aſſiſtentis auctoritas & fides qui li/
cet in Gallorum auxilium veniſſet:tamen minus hoſti
liter agens/pollicitus fuerat Põtificios & cæſarianos
donec Robechi eſſent/ab ijs qui arci Põtiuici ex al/
tera fluminis parte præeſſent offendi ſe minime paſſu
rum.tunc autem aſſeuerabat ſibi vt pollicita obſerua
ret non eſſe integrum:quia Lautrecho ita petẽti præ
ter ipſius opinionem cõcedere coactus fuiſſet vt Galli
cum præſidium in oppidum & arcem venetorũ intro
duceret.Itaq; Proſper miſſo equitũ præſidio ad Elue/

tios cum Cardinale Sedunẽſi & Verulano aduentan/
tes nemine impediente paulopoſt copias cum eis iun
xit: & non vltra tempus terendum ratus/vt pote qui
iam tres menſes hyeme aduentante nihil geſſiſſet lau
de dignum/Abduam verſus contendit. Lautrechus ſi
bi exercituiq; ſuo valde diffidere incipiens/cum ora/
tores Eluetij non modo pacem a Cardinali Medice nõ
impetraſſent, ſed nedũ auditi fuiſſent/ſenſim cedere
ac dolere animoq; angi/quod melioribus conſilijs nõ
auſcultaſſet: miſſiſq; qui ripam Abduæ vallo commu/
nirent: quiq; Mediolani inſtaurarent aggeres/in ſola
locorum munitorum defenſione iam confidebat. Per
nuncios inſuper Eluetiorum Gallo fauentium eos qui
in Pontificis exercitu erãt interdum precibus obteſta
ri/miniſq; deterrere: ne aduerſus Galliarum Regẽ/
quo cum pauloante fœdus percuſſerant arma ferrent:
neq; id parũ ꝑficiebat: quũ iã multi palã dicerent/ſeſe
Mediolanum contra Gallum non eſſe venturos: Et pro
pterea eos qui e Tigurino Pago venerant Regium Le
pidi tranſmittere oportuit: ad quam vrbem Ferrarien
ſis Dux quanq̃ nihil profuturus/vt Pontificios ab in
cœpto retardaret/infeſta ſigna cõtulerat: Reliq Du/
cum ſuorũ authoritate moti/licet ſegniter/tamẽ quo
Cardinalis Medices & Proſper iubebãt/proficiſce/
bantur. Iam Lautrechus cis Abduam cum toto exerci
tu ſe receperat; omneſq; naues vel ſub Tritij Caſſia/

niq; arcibus/vel ad citeriorem ripam deduci iuſſerat:
equitum etiam turmas cohorteſq; peditum ſecus flu
minis ripam multis aggeribus vallatam ad arcendos
hoſtes diſpoſuerat. At Proſper: qui in vlteriore conſe
derat: a locorũ peritis/ & præſertim a Morono ſciſci
tabatur/quo in loco facilius eſſet amnis traijciẽdi va
dum. Tandem Franciſco Morono Mediolanenſi exule
ac nõnullis alijs ex Italis Ducibus negotium dedit tra
iectus tentãdi: qui e Brembo flumine/quod e Bergo
matum agro fluit ſumptis duabus ſcaphis: aliaq; lon/
gione naui iuxta ripam reperta/quam piſcatores ĩter
virgulta &frondes abſcõdiderant/magno impetu ma
ioribuſq; animis cũ ducentis circiter militibus amnem
apud Vaprium vicum traijciunt. Atq; ibi Vgone Pe
pulo Bononienſi cum equitum peditumq; manu repu
gnante in citeriore ripa conſiſtunt: occupatamq; per
vim domum præſidio firmant/donec alij remiſſis na/
uibus traijcerent: & interea hoſtes oppugnandæ do/
mui intentos armis ſummouent itaq;: maiore in nume
ro traducti paulopoſt Gallos omnes qui Vaprij ſta/
tionem agebant in fugam verterunt. Lautrechus vbi
copiam hoſtibus traijciendi fluminis factam eſſe in/
tellexit/collectis in vnum legiõibus extẽplo Medio
lanum ſe contulit: Q uũq; perſpiceret Elueticum pe/
ditatum quottidie imminui/vrbis ſolũ mœnia/quo/
niam ſuburbiorũ circuitus videbatur amplior/ tuta/

ri decreuit. Sed poſt modum mutato conſilio/ne hoſti
bus(quia hyems iam erat/& fere quotidie iuges plu
uiæ deſcēdebant)hibernacula ſub tectis relinqueret
iuxta vrbis aggeres exercitū educit:ipſoſq(quod an/
tea ſegnius erat factum)conquiſitis vndiq agricolis/
qui in vrbem militum metu confugerant/præcipit q̄/
primū refici. Tum magnus ciues inuaſit timor:quod
maior quā vnq̄ ante pecuniæ ſumma imperaretur:ad
eo vt pleriq ex iis qui præfectorū rei nummariæ iuſſu
vocabantur/aufugerent:aut ſi minus id dabatur/deli
teſcerent:bonaq ſua potius paterentur proſcribi/quā
vel modicis pecuniis Gallum iuuare:ipſiq æditui & ſa
cerdotes cælatum argentum & aurū quod in ſacris ha
bebant/occultauerunt veriti ne Lautrechi iuſſu aufer
retur:quod aliquot in locis iam tentatum fuerat:præ/
cipueq in Diui Ambroſii æde:vbi altare eſt laminis
argenteis/auroq obtectum:quod ne violaretur/cele
rior opinione hoſtiū aduentus effecit:qui vbi Adduā
confecto ponte trāſiuerunt/minime exiſtimātes Gal
lum in tam magna ciuitate eademq immunita cū pe/
ditatu adeo modico morā facturū nō ad ipſam vrbē ſed
Melignanum iter ea potiſſimum ratione direxerunt:
vt ſi(quod ipſi fore putabant)hoſtis Papiam diuertiſ
ſet/proficiſcentem aggrederentur/& manum conſere
re cogerēt. Sed quum per exploratores renunciaretur
Lautrechum cum ſuis & Venetorū copiis Mediolani

eſſe:& noctes dieſq; ſummo ſtudio aggeres refici. Pro
ſper cũ exercitu ad cœnobiũ Claræuallis: quod ꝑter
paſſuũ q̃ttuor milia ab vrbe haud diſtat ire decreuit
poſtero die inde caſtra moturus,& ad eam vrbis par/
tem/quæ ciuitatula dicitur collocaturus exercitum vt
Gallũ ſi apud Papiam ire niteretur intercluderet. Mi
nime autem Mãtuano/& Dauaio in poſterum diẽ ad
uentum tam propinquum ad vrbem differre vtile eſſe
videbatur. Cum trepidus ſenex Mediolano veniens a
militibus leuis armaturæ captus ſe q̃primum ad Hie
ronymum Moronum deduci poſtulat/quem vt con/
ſpexit flẽs præ gaudio obteſtatur/ne moram interpo
neret ad vrbem accedere metu perculſum eſſe Gal/
lum nec quid conſilij caperet ſcire: tamdiu ciuitate po
tiri ipſos ceſſaturos/q̃diu profectionem differant. Iam
non ſolum homines/ſed deos etiam ipſos Gallo infen
ſos eſſe quorum ſacris/& præcipue diui Ambroſij tu
telaris manus inferre conati ſunt. Audita ſenis oratio/
ne qui vera dicere uidebatur Iulius Cardinalis Medi/
ces cum Mantuão/Daualo/ac Morono pauliſper col
locutus/nouum decreuit conſilium ſequi/& quoniã
Proſper mediam aciem tenebat/ipſi qui in prima erãt
ad vrbẽ milites iubent contendere: interq; primos erat
Daualus/qui vt ad locum uicentinum appellatum ap
plicuit vbi hoſtes effoſa terra aggerem extollebant/
milites ad conſcendendum hortatur. At veneti qui ibi

præſidio ſtabant nihil tale opinãtes vix primos ex ho
ſtibus irrumpentibus repellentes/ confeſtim in fugã
conuerſi ſunt:ita vt hoſtibus valli aſcenſum facilẽ reli
querint. Haud multum inde aberat Theodorus Tri/
uultius ueneti exercitus præfectus/qui ubi ſuorum
trepidationem/hoſtiumq; aduentum perſenſit/quã/
quam per id tempus non ſatis ualeret: tamen ne mu/
neri ſuo deeſſet inermis ad uallum accurrit/ ibiq; ſuis
iam profligatis in hoſtium incidit manus. Sed paucos
poſt dies a Daualo uiginti aureorũ milibus libertatẽ
redemit. In fugã effuſis uenetis & intra urbẽ ꝓperan
tibus Lautrecho ſtatim nunciatum eſt/uenetos loco
pulſos uiam hoſtibus dediſſe. Quare admõito fratre
qui aliam urbis partem præſidio tenebat recta ad ar/
cem cõtendit: & aliquantiſper in arca cõmoratus plu
rimis ex Magiſtratibus/qui militiæ minus apti uide
bantur in arce dimiſſis/ipſe cum reliquo exercitu Co
mum pergit:& præſidio cataphractorum quinquagin
ta, ſexcentorũq; peditũ in urbe dimiſſo:per regionẽ/
quæ plebs Incini dicitur/Leucum peruenit:ibiq; Ab/
duam ponte lapideo/quem in huiuſmodi uſus priſci
Mediolanẽſium Duces cõſtruxerant/traijcit. Iulius
Cardinalis Mediolanum cum reliquis Ducibus eã no
cte ingreſſus:uix aliud duos dies curare potuit q̃ mili
tes coercere/ut a diripiendis priuatorũ domibus tem
perarent:qua in re plurimũ profuit Hieronymi Mo/

ſoni authoritas/quam non modo iam pridem inter ci
ues ob eximiam doctrinam/& rerum uſum/ſed apud
externos etiam Principes & in exercitu nactus erat:
neq; immerito.haud facile enim dictu eſſet quantum
eius adhortationes/conſilia/ ingenium/animiq; ala/
critas his quorum partes ſecutus eſt/ ſæpe magnum
attulerint incrementum:quibus rebus adductus Fran
cicus Sfortia illum voluit Imperij adminiſtrationẽ ſu/
ſcipere.Redacta in poteſtatem Mediolanenſi ciuita/
te:nihil Cardinali Medici/& cæteris ducibus fuit an
tiquius/quam omni ſtudio eniti/ut Eluetij cõciliaren
tur:& idcirco poſt biduum Ennius epiſcopus uerula/
nus cum mandatis & non parua pecuniarum ſumma
ad illos Pontificis nomine nittitur:quo etiam Medio
lanenſium oratores paulopoſt pro pace tractanda pro
fecti ſunt.ſed cum Mediolanenſes:in utriuſq; ditionis
finibus ſubſtiſiſſent/propterea quod ſine fide publi/
co eorum diplomate teſtata ulterius accedere nollent
Verulanus poſtq̃ Bilitionam peruenit ab Eluetijs
ſtatim carceri mancipatus eſt. Atq; ex hoc ſatis per/
ſpectum eſt/quæ in ſuperiore bello pro Leone Ponti
fice egerunt/ea magis priuata quorũdam gratia quã
publico/ac comuni conſenſu facta extitiſſe:Quod &
ſi Morono & cæteris qui Gallorum expulſionem opta
bant moleſtum fuit:tamen eodem pœne tempore for
tuna/quæ nec in pſperis nec in aduerſis eodẽ diutius

perſtat gradu:moleſtiora etiam addidit/Nam Lautrē
chus/cuius exercitum breui diſſolutum iri exiſtima/
bant:quia quo ſe reciperet non haberet:traiecto Ab/
dua confeſtim Cremonam/quam iam a ſe defeciſſe au
dierat greſſum direxit ſperans arcis preſidio facilē ſi/
bi fore ciuitatis receptionem:& propterea Thomā fra
trem eo premiſerat/cui tametſi cum trecentis ferme
armatis ingreſſum per vim in vrbem temptanti ciues
armis obſtitiſſent:dum Nicolai Varoli& aliorū exulū
pauloante vrbē ingreſſorū ſuaſionibus Gallum/q ne
mine ipſum expellente/vltro vrbem reliquerat am/
plius haud recipiendum eſſe cenſeat:nihilominus cer
tiores poſtmodū redditi Lautrechum cū incolumi ex
ercitu iam propius vrbem admouiſſe:quem Mediola/
ni ad Internitionem fuiſſe cœſum antea relatum fue/
rat/ſaniore conſilio ſe ſe Gallo dediderunt:neq; quid
q̄ fuit Imperatū grauius:q̄ donec a Rege pecunia mit
teretur exercitū aleret.Interea/Lautrechus vt firmio
re præſidio ciuitatem tueretur/Si vis hoſtilis ingruiſ
ſet ad Federicum Bozulum qui Parmæ cum valida pe
ditum manu præerat/ſcripſit:vt Cremonam q̄ primū
ſe cōferret:qđ qdē poſtea male ceſſit.Nā vix receſſerat
quū aliæ a Lautrecho ſupuenerūt lr̄æ /qbus illi ne in
de diſcederet Impabat:uel ſi iam diſceſſiſſet eo redi
ret q̄primū. Iam enim tabellarij aduenerāt: ſcriptūq;

Roma erat Leonē Pontificē poſtq̄ Mediolanū a ſuis captū eſſe intellexiſſet/vehemēti gaudio & nimijs cō potationibus primū in tertianā febrē Incidiſſe mox pi tuita& catharro nō ſineveneni ſuſpitiōe fuiſſe ſuffoca tū.Quare ſperās lautrechus hoſtilem exercitū diu tius pecunia mortuo Pōtifice qui in exacto bello ſum ptus fecerat Immenſos/non poſſe ſuſtentari/Parmā a ſuis tanquam frontem aduerſus hoſtes teneri cupie bat/Sed iam Robertus ſanſeuerinus qui Leōis Pōt. ex ſorore neptem in matrimonium duxerat/cum ali/ quot militibus ingreſſus erat vrbem: & propterea Bo zulus ademptam ſentiens ſibi intro redeundi poteſta tem/Cremonam ire perrexit. Interea Lautrechus vt rei quæ male ſucceſſerat rationem regi redderet: vtq; recuperandæ totius Mediolanenſis ditionis ſi exerci/ tus nouo peditatu & ſtipendio inſtauraretur.faculta/ tem oſtenderet Thomam fratrē in Galliā mittere pro perauit:anteq̄ Galeacius vicecomes qui per Eluetiorū loca poſt amiſſum Mediolanum ad Regem proficiſce batur:aut alius quiſpiā accepti damni culpā in ipſum transferret. Per eos etiam dies Ferdinandus Daualus cum hiſpanis peditibus/& Germanis Comum oppu gnat:& cum aliquandiu tormentis mœnia quaſſaſſet: Gallus quidq̄ auxilij in præſentia haud ſperans: Ciui tate & ſuis conſeruatis vrbem Daualo tradere paciſci tur; Cæterum dum paratur diſceſſus: Hiſpani repen/

tino impetu vrbem ingrediuntur: & nō minus Comenſium quam Gallorum bona diripiunt/ nō ſine magna Dauali moleſtia/ & documēto quam parum amplius militum temperantiæ credendum eſſet: Recuperato Como Mediceq; & Sedunenſi Cardinalibus audita Pontificis morte Romam profectis: quum Cæſariãis Ducibus ac Morono magnum onus Incumbere videretur: quod pecunia ad ſuſtentandum exercitum in poſterum defutura eſſet: vt aliqua oneris parte leuarentur: Eluetios primum menſtruo dato ſtipendio iam ſe ſe Gallo deinceps auxilio futuros palam iactantes dimittunt. Mox vna cum Chriſonibus exauctorare pergunt Italicum etiam peditatum. Cataphractos quoq; equites qui ſub Leone antea militabāt; vna cum Mantuano Principe Placentiam in hyberna tranſmittunt Sed quia pecunia deerat/ pleriq; in diuerſa loca abiere. Hiſpani autē & Germani pedites atq; equites Cæſariani dilata in proximum veris tempus Cremonēſi expeditione intra oppida iuxta Abduam ſe ſe contulerunt/ tum vt oppidanorū ſumptu alerētur/ quoad pararetur ſtipendium: tum vt aduerſus Gallos/ qui Cremonæ hyemabant/ propugnaculo Mediolanenſibus eſſent. Interea Moronus qui iam Galeacium vicecomitem ad Eluetios rediſſe intellexerat palam ferentē expeditionem Italicam a Rege ineunte vere inſtaurari: pecuniam quā maximā poteſt priuatim contrahit.

Sed magna prorſus inerat difficultas:quod benemeri
tis/quorum numerus haud erat exiguus/vim afferre
minus conueniens uidebatur:& plurimi ex aduerſa fa
ctione ad Gallos tranſiuerant.Illud etiam difficultatē
augebat:quod Hadriãus VI.Pont.max. qui nuper co
muni Cardinalium conſenſu electus erat/quãuis Cæ
ſari addictus exiſtimaretur/ q̄ppe qui eius in Hiſpa
nia uices gereret:tamen ob abſentiam minus ab ipſo
auxilij in Italia erat ſperandū:& quod adhuc arces &
pleraq; loca Mediolanenſis imperij munitiora hoſtiū
p̄ſidio tenebantur.Cremona cū tota eius ditione/Me
diolani/Nouariæ/Tritijq; arces: Domuſſula/Arona
& totus Verbanus lacus.Vltra Padum etiã hoſtibus
parebat Alexandria quæ magnæ ipſi Moreno curæ
erat.Sed quoniã ex militibus Cæſarianis ſtipēdij de/
fectu neminē hybernis mouere poſſet: tumultuarios
e ditione Mediolanenſi q̄plurimos collegit cum Duci
bus/quos ipſe Sfortiani nominis ſtudioſos eſſe agno
ſcebat:quūq; cibaria militibus ab oppidanis prœbe/
ri iuſſiſſet/Alexandriã que maiore ciuiū Guelphorū
p̄ſidio quã armis Gallicis tenebatur/ obſidere p̄cepit.
Atq; ita res ceſſit/ut Sfortiani/dum forte qui ciuita/
tem cuſtodiebant ad tumultuariam pugnam exiuiſ
ſent/una cū hoſte pariter ingrederentur urbē/ eaq;
prater ſpem potirentur.Galli cū ſequacibus ſuis(quo
niam urbs erat latiſſima)facile p aliam portã anteq̄

hoſtes

hoſtes totam ciuitatem occuparent/ fuga ſalutē quæ
ſiuerunt: Quæ quidem iactura Gallo pluſq̄ medio/
cris fuit: tū ob Genuenſiū ſublata cōmertia: tum q̄ eo
p̄ſidio facile torā Trāſpadanā regionē in fide cōtinuiſ
ſet: p̄ſertim iam Renato Sabaudiano Regis Auuncu
lo ac Regiæ domus p̄fecto quē magnum Magiſtrum
Galli nuncupant/ in Eluetijs delectū peditū decem&
octo miliū faciente: q ad deſcēdendū in agrū Medio
lanenſem hoc ſolū expectabāt/ vt in Montiū niuibus
q̄ in mirā ea hyeme altitudinē accreuerāt/ Gallorum
iuſſu/ & pecunia calles pficerent quos inſtaurare ter
oportuit/ noua ſemp niue ſupueniēte/ adeo cōtra Gal
li potentiā Dij pugnare videbant: p̄ſertim quū īterea
pecunia Morono ſubminiſtraretur: q̄ ſex Germanorū
peditū milia in Italiā adducerētur: & totidē peditū ex
Agro Mediolanēſi collectorū ſtipendiū in cōmune ci
uitas cōtulerat: tantū denicq; erat in Gallos/ quod ple
riſq; varijs artibus Moronus incuſſerat odium: vt p ſin
gulas vrbis claſſes/ & vicinias vexilla fierēt: centurio
neſq; & Duces eligerētur: quos vbi opus fuiſſet om/
nes/ q p ætatē arma ferre poſſent/ ſequerent iuſtāq;
Militū aſſummerēt ſpeciē: Ad qđ etiā ſacris Cōcioni
bus Andreæ cuiuſdā Auguſtinenſis Ferraria oriundi
quotidie cōcitabant cuius eloquētia/ & dicēdi ardor
mirificus eo tantū ſpectabat: vt Mediolanēſes Gallo
redderet infenſiſſimos/ incertū q̄ potiſſimū id faceret

cauſa:Nõnulli putãt populi ſtudio ſperaſſe vrbis Ar/
chiepiſcopatũ adipiſci:Alij elocutũ exiſtimãt/q̃ ciui
tati placerẽt:gloriaq; ductũ fuiſſe/ꝙ tãtæ vrbis incre
dibile quoddã in ſe ſtudiũ agnoſceret:Vtcũq; ſit:eius
oratiõe ingẽs pleriſq; ſuſcipiẽdorũ Armorũ ardor accre
uit:ꝙ ſi q in cõmuni ꝑiculo ſegniores ſeſe ꝓbuiſſent ab
latis pignoribus plectebantur: adeo vt etiam pluri/
mi Gallicæ factionis cupidi/Populi metu alacres ſe
ſe contra Gallos exhiberent.

¶Galeacij Cappellæ de rebus geſtis pro reſtitutione
Frãciſci II. Mediolanẽſiũ Ducis Liber ſecũdus.

CVm hæc Mediolani gerũtur:iam ãnus ab ini
tio belli ſecũdus agebat & Magnus Magi/
ſter ac Gallici Proceres/qui regio noĩe apud
Eluetios agebãt cũ peditibus delectis in Inſubres fe/
ſtinabant: neq; ſegniter Lautrechus eqtes:& pedites
ſuos Cremõæ inſtruebat:& venetorũ auxilia ſollicita
bat:vt aduenĩẽte Eluetiorũ peditatu/ipſe cum reliquo
Exercitu ꝑſto eſſet:Germãos/quos Adurnus ad ho/
ſtes adducebat ꝓuenire cupiẽs: Sed Gallũ feſellit opi
nio:Nã quũ Chriſones ꝑter ſpẽ trãſitũ Germanis per
Vulturenã vallẽ ꝓhibuiſſẽt:neq; ob exiguũ numerũ
(qppe q q̃ttuor milia nõ excederent)ſufficere viderẽ
tur ad iter ꝑ vim arripiẽdũ/mutato cõſilio ꝑ Camoni
cam ſupato mõtis cacumine:q valles eas diſterminat
in Bergomatũ fines penetrarũt:& citato q̃ maxime iti

nere adeo feſtinauere/vt ante in Glareadduanũ agrũ applicuerint q̃ Præfecto Bergomi licuerit/ita mandãte Andrea Gritto Venetorũ Legato(Prouiſorẽ Exercitus vocãt)ne vnũ qdẽ militẽ ad ꝓhibendũ trãſitũ mittere:Interea Proſper Colũna ſedulo Mediolãi curabat vt aggeres reficerent̃:Inprimiſq; illi curæ erat magna foſſorũ manu/q̃ celerius fieri poſſet duplex vallũ duplici foſſa ꝑficere/ſpacio paſſuũ circiter viginti iter vtrũq; cõprehẽſo:q̄ opus ipſe excogitauerat ad diſcludendũ ab arce p̄ſidio Gallorũ firmata aduenıẽtẽ hoſtẽ Ita vt collocati ibidẽ pedites/& hoſtilẽ Exercitũ/& eos q ab arce erũperẽt/poſſent reprimere:omnẽ etiã eqtatũ/& peditatũ intra fluuios Abduã & Ticinũ reducit:duo tantũ peditũ milia Nouariã mittit ſub Philippo Torniello Nouariẽſi iuuene impigro. Armorũq; ſtudioſo:Heſtorẽ etiã vicecomitẽ Alexandriæ tutãdæ deſtinat cũ mille & qngẽtis peditibus nullo ſtipẽdio: Sed ſolo Sfortiãi nois amore collectis:qbus victũ Ciuitas ſubminiſtrabat:Papiæ vero Antoniũ Leuã primæ aciei cataphractorũ Cæſarianorũ ductorẽ/virũ rei militaris ſciẽtiſſimũ p̄ficit:eiq; p̄ter mille Italos pedites addit duo milia Germanorũ:q Placẽtiæ cũ Mãtuano Pricipe antea hyemauerant dũ vrgeret timor/ne Galli Cremonæ hybernãtes vrbẽ præſidio nudatã Põtifici eripent:q̄ iam ãpli9 Lautrecho in Glareabduanam orã/& Mediolanũ verſus ꝓficiſcẽtẽ nõ erat ſuſpicãdũ. Reliquũ aũt exercitus/qui duodecim milia peditum

ferme erãt equites Cataphracti ſeptingẽti totidẽq; ve
lites Proſper Mediolanũ itroire iubet:His itaq; para/
tis quũ Adurni ſedulitatẽ pauloante in cõducẽdis Ger
manis peditib9 pſpexiſſet/ipſum etiã ad Franciſcum
Sfortiam:qui Tridẽti adhuc erat/ſexq; Germanorũ
peditũ milia armabat/remiſit/vt eos iter maturare p
Veronẽſem/& Mantuanũ Agrũ curarer/vbi a Vene
tis ſperabat minime reſiſti poſſe:quippe qui iam cum
Lautrecho exercitũ ſuũ in Agro Mediolanẽſi cõiun/
xerant/& vna pfecti cũ Eluetico peditatu vrbi appro
pinquauerant:ac tertio die/quo caſtra ibidẽ collocata
ſunt/Lautrechus/cui p Regẽ abrogato Magni Ma/
giſtri Impio totius gubernandi exercitus onus fuerat
rurſus iniunctũ/omnẽ peditatum/eqtatũq; in armis
eſſe iubet:tanq̃ vrbẽ eſſet oppugnaturus:Sed vbi renũ
ciatũ eſt præter milites oẽm intus populum Medioſa
nenſem tanta animi alacritate ad arma cõcurriſſe/vt
vix ſenes/puerię;/ac mulieres domi reſederint:diffi/
cultatẽ rei timẽs ſuos in caſtris cõtinuit.Anxi9 aũt plu
rimũ fuit eo die ob mortẽ M.Antõij Colũnæ quẽ cum
Camillo Triuultio Io.Iacobi Filio/dũ extra tabernacu
lũ ãbo deãbularẽt ferrea pila ab hoſtiũ vallo tormẽto
excuſſa diſiectu domus ibi ppinquæ ĩterfecerat/ma/
gno toti9 Exercitus incõmõ:in eius.n.prudẽtia & forti
tudie iampridẽ Rex plurimũ fiduciæ poſuerat:Cæte
rũ Lautrechus ſpabat rei pecũiariæ iopia milites urbi
ĩcluſos ſeditionẽ facturos:qppe qb9 tenuiter pecũiæ p

ii J

Ioannem Emanuelem e uectigalibus Regni Nea/
politani ſubminiſtrabantur:ita ut quicquid toto hoc
in bello contulerit/ non ſuffecerit ad trimeſtre pedi/
tum Hiſpanorum ſtipendium: quod a morte Leonis
Pontificis ad initium huius ſecundi belli tranſactum
eſt: Reliquum vero e tributis Mediolanenſium con/
ferebatur:quod cum in ſuperiore bello eadem ipſe in/
opia preſſus difficilimum cognouiſſet: fieri poſſe non
putabat:vt poſt illata ciuibus tot damna/ tantus Ex/
ercitus vnius ciuitatis opibus ſuſtentaretur: Sed vix
credibile eſt quantum Moroni ſedulitas/& in ſumpti
bus parſimonia profecerit:ac paucorum odio quantũ
exegerit pecuniarũ.Nam & qui vltro conferebant/&
qui ablatis pignoribus cogebãtur animaduertentes ꝓ
cõmuni periculo depellẽdo/id fieri haud magnopere
indignabantur: Sed ſpe victoriæ/& reſtitutionis faci
le exactionẽ tolerabant/ Aduentante præſertim Fran
ciſco Sfortia ipſorum Duce:de cuius uirtutibus ab iis
q̃ Tridento venerãt/multa referebant. Iam.n occupa
ta Croariæ Arce tranſitum per Veronenſem agrum
arripuerat nemine repugnãte:& cũ ſex milibus Ger/
manorum peditum per Mantuãum agrum profectus
apud Caſalemaius Padum nauibus collectis traiicie/
bat.Inde quum Placentiã acceſſiſſet/ iuncto ſibi Man
tuano Principe:ac trecẽtis Equitibus Eccleſiæ ſtipen/
dio militantibus/ꝑ Tranſpadana loca iter faciens Pa

piam ingreſſus eſt: Quod Lautrechus ægre ferens/
triduo antequam aduentaret/moto Exercitu ad Caſſi
num quinq; paſſuum milibus ab vrbe ſitum in via Pa/
pienſi ſe collocat/ea ratione/vt Proſperi exercitum/
a copiis Germanorum per Sfortiam Ducē adductis
diſcluderet:Ibiq; caſtris cōmunitis/ne tēpus incaſſum
tereret/audiens Thomam Fratrem e Gallia Genuam
veniſſe/& collecto peditatu iter per Tranſpadanā re
gionē iter facientē ad ſe uenire:Federicum Bozulū cū
quadringentis Equitibus/& peditū ſeptem milibus/
partim ex Eluetiis/partim Italici generis trans Tici/
num mittit:qui cum Vigleuenum haud magno nego
cio recepiſſent/Nouariā inde profecti ſunt:q̄ quū ali/
ter in poteſtatē redigere non poſſent admotis tormen
tis/proſtrata murorum parte ciuitatem dato ſigno in
uadunt:quumq; bis magno animorum ardore/ qui in
tus erant/hoſtes deieciſſent/non ſine magna ſuorum
cede/tandem tertio depulſi mœnibus Sfortiani viam
hoſtibus dedere vt in vrbem irrumperent: ipſeq; Tor
niellus ciuitatis Gubernator/cum duobus peditū du
cibus patritiis Mediolanenſibus captus fuit: Vrbſq;
direpta:ac ciues & Milites in Gallorum poteſtatem
puenerunt:quæ res Mediolanēſium animos vehemē
ter fregit:neq; in ore populi multa aduerſus Franciſcū
Sfortiam & Proſperum defuit increpatio:quod auxi/
lio deſtitutum Torniellum cum tot peditibus/& vali/

dam vrbem hoſti obieciſſent: Sed Proſper nihili vulgi verba faciens illud ante omnia curabat: vt militibus/ qui ſecum erant: & iis/ qui cum Sfortia Papiam nuper venerant/ in vnum coactis aduerſus Gallum Exercitũ educere valeret: cui occurrere/ & prælio (ſi ſors tuliſſet) debellare non abnuebat: indeq; occaſionẽ nactus/ dum pars hoſtium Trans Ticinũ abeſſet/ Sfortiam vt q̃primum ad vrbem veniat hortatur: ipſeq; nocte Intempeſta Mediolano egreſſus aduentantem cũ Germanorum copiis ad ſextum lapidem excipit. Atq; ita Mediolanenſium Dux ſummo cum totius Populi plauſu/ ac fauore vrbem ingreditur: Vix autem Mediolanum applicuerat/ quum Federicus Bozulus cũ Thoma Fuſio expugnata Nouaria ad Lautrechũ reuerſus eſt: quũq; relatũ eſſet Papiæ parũ præſidii cũ Mantuano relictum fuiſſe/ qui multum rogatus Mediolanum venire nolueret: ne Placentia & ab eccleſiæ ditione lõgius abeſſet/ Lautrechus ob auctas hoſtiũ copias ſpe Mediolani amplius recipiẽdi fruſtratus Papiam tentare decreuit. Quãobrem Proſper cæteriq; Cæſarianorum Duces ſimulac de hoſtiũ diſceſſu nuncius ad ipſos peruenit/ de Papia ſolliciti centũ & mille pedites ex Corſica inſula iamdiu militiæ aſſuetos nõnullis adiunctis Hiſpanis deligunt: & q̃primum Papiam iubent contendere: qui non ſolum tanta celeritate iter arripuere vt Lautrechũ cũ exercitu proficiſcẽtẽ

anteuerterint: Sed etiam per media hoſtiũ caſtra trã ſeuntes multis eorum cœſis pugnando viam ſibi fece re: atq; vrbem oportune ingreſſi Mantuani animũ ad eo erexere ad defenſionem: vt iam neq; Eluetios tanq̃ oppugnationi minus aptos: neq; hoſtiliũ timeret tormentorum uim quibus licet Lautrechus triginta fere murorum cubita humi ſtrauiſſet: tamen haud ſegniter ab obſeſſis diruta mœnia uallo aggeribuſq; muniebantur: Atq; adeo Dij Cæſarianis uidebantur fauere: ut propter iuges pluuias eo tẽpore demiſſas neq; naues reb9 ad uictũ neceſſarijs onuſtæ præ nimio aquarum impetu Ticino uehi potuerint: & oppidani q lucri cauſa comeatum ad exercitum adducere conſueuerant: uijs omnibus aqua oppletis aliquot dies idem facere non ualerent: ita ut exercitus Gallicus propterea ſummam annonæ catitatem pati cogeretur: & uel hac ratione uel quod præter ſpem Gallus præſidium hoſtium urbem fuiſſe ingreſſum ſciebat urbem adoriri non eſt auſus. quin audiens Proſperum Mediolano cũ copijs ſuis egreſſum eadẽ pluuiarum cauſa Binaſchi cõſediſſe: iam deficiẽte ſtipendio p Magnũ Magiſtrũ e' Gallia allato Papia abſcedere neceſſarium ducit: anteq̃ hoſtis propinquior fieret, quivt primũ per cæli ſerenitatem licuit motis caſtris ad cœnobiũ Cartuſiẽſe in ſepto quod ad domeſticas venationes priſci Mediolanenſium Duces paſſuũ viginti milium ambitu mu/

ro clauſere (Parcum appellant) ſe collocat/cum Gallo dimicaturus: ſi in caſtrametando Lautrechus pugnæ occaſionem non detrectaſſet. Sed quum per leuis ar/maturæ equites hinc inde aliquãdiu pugnatum fuiſ/ſet: Lautrechus ad vicum Landrianum inter fines Lau denſis & Papienſis agri cũ exercitu tendit: indeq; Mo gũtiam petijt: quæ ꝓfectio & ſi fugæ ſimilitudinẽ nõ haberet: tamen Proſpero ac cæteris Ducibus veriſimi le videbatur/quod quotidie varijs rumoribus & nun cijs ſignificatum erat: Eluetios diuturnã militiam fer/re nolle/preſertim quum ſtipendium paulopoſt deſu turum intelligerent: & propterea Gallũ in ea loca hac ſolum ratione veniſſe vt commodius per velites pecu nias nuper e Gallia Aronam vſq; ad ſe delatas recipe/ret: itaq; Eluetios in officio contineret. Verum per An chiſem Vicecomitem qui cum quingentis peditibus aliquotq; leuis armaturæ equitibus a Morono miſſus iuxta Buſtum oppidum haud procul Arona conſede/rat/timor non mediocris ijs fuerat incuſſus: qui defe/rendæ pecuniæ onus ſuſceperant: ita vt inde abſcedere per aliquot dies minime auderent. Quo effectum eſt vt Eluetij qui iamdudum inuiti militabant poſtq̃ Mo guntiam venere: efflagitarent ſe ſe domum dimitti: vel fieri pugnandi poteſtatem: & quãuis durum vtrunq; Lautrecho videretur: qppe qui pugnandi ancipitẽ for tunam ſemper timuit: tamen quum dimiſſis Eluetijs

diſſoluere exercitũ neceſſe ſibi fore perſpiceret/vni/ uerſis ducibus qui ſecum erant ad id conſentientibus collaudata eorum promptitudine ac fide cohortatiſq; ad pugnam cæteris militibus in poſterum diem iuſſit omnes adeſſe vt aduerſus hoſtẽ proficiſcerẽtur/& ma num audacter consererent:ad quos in hunc fere mo/ dũ verba fecit. Quod toto hoc in bello fortiſſimi mi lites ſemper exoptaui vt virtutis veſtræ periculum fa cere aliquando daretur:id hodie vobis ita expoſcenti/ bus contigiſſe gratulor. Magnam enim victoriæ ſpem plerũq; pollicetur militum alacritas: quã in vobis pre cipuam cognoſcere mihi videor:quum pugnandi cum hoſte poteſtatem tantopere popoſceritis. Quod vt te mere faciendum nunquam putaui:ita veſtros animos tanquam ferri aciem retundere minime æquum duxi/ præſertim quum aduerſus eundem hoſtem decertan/ dum ſit:quem in vrbe Mediolanenſi per bimeſtre ob/ ſeſſum adeo tenuiſtis/ vt vix ſui videndi copiam face re vnq̃ auſus fuerit. Nec mirum. Quid .n.eqtatus ex hiſpania regnoq; Neapolitano vbiq; ſemper contem/ ptiſſimus lucrari vobiſcum potuiſſet? qui omni tem/ pore apud omnes nationes ſummam in bello laudẽ re tuliſtis. Quid triamilia hiſpanorũ peditum aduerſus vos fortitudine & numero longe ſuperiores proficiẽt? neq; etiam timorem vobis incutere debent Germani (& ſi bellicoſa ea gens ſemper habita ſit)cum ij qui in

exercitu hoſtili ſunt non e vera illa Germania trahãt originem: Sed in Tridentinis ſaltibus ſint collecti/ & alias militiam nunquam exercuerint. Reliquus uero peditatus ex agro & populo Mediolanẽſi/ cui tot annos imperauimus/ delectus fuit potius ad ſpeciem exercitus quam ad pugnam. Iam uero quid Proſperum Columnam eorum Ducem recenſeam? hominem ſenio cõfectũ & qui in prælio nihil magis quam de fuga cogitaturus ſit: ut ueſtras manus effugiat: non immemor ſuperioribus annis ſe Chriſtiãiſſimi Regis dum contra eum arma ferret/ multos mẽſes captiuũ fuiſſe. Quid Ferdinãdum Daualum peditatus Ducẽ æque timidum parumq; honoris ſui ſtudioſum? quippe qui pauloante iuſtiſſimis ex cauſis ob uiolatam ſcilicet in fœdere Comẽſi fidem ad ſingulare certamen a Ioanne Cabanneo prouocatus non modo congredi. Sed ne reſpondere quidem fuit auſus: Quocirca Deo optimo max. iuuante arma mecum milites capeſcite: fortitudine q; ueſtra non ſolum Mediolanenſe Imperium/ uerũ etiam totam Italiam ex hoſtiũ manibus hoc uno prælio uindicate: Ita maximum Regi decus/ uobis perpetuum nomẽ/ & uirtutis ueſtræ uberes fructus inde referetis. Huiuſmodi oratione cũ hoſtium uires parui penderet ſuorumq; extolleret uirtutem: & magnis uictoriæ propoſitis p̄miijs militũ animos ſatis excitatos exiſtimaret: ſub ſolis ortũ curatis tamen prius corpori

bus Mogũtia egreditur:rectaq; iter arripit uerſus Pi
cocham:q locus tribus paſſuũ milibus Mediolano di
ſtat:ubi domus eſt uillæ ualde oportuna circumq; uiri
daria haud exigua ſunt profundis foſſis uallata:iuxta
etiam prædia effoſi fontes:indeq; deducti riui ad pra
ta irriganda:intra quos Proſper exercitum cõmuniue
rat:tutum & oportunum locum ratus tum ut maiore
cõmodo pugnaret ſi forte ad prælium prouocaretur:
tum etiam vt hoſtem ab urbe excluderet:quod quidẽ
ante omnia poſtquã ciuitate exierat cordi habuit: ne
ipſum egreſſum aliquando Galli ad eam occupandam
properantes ꝑuenirent:& forte ubi nunciatum eſt ad
uentare hoſtes.Moronus pauloante in caſtra uenerat:
ad quem conuerſus bono animo eſſe iuſſit/ſe iam ui/
ciſſe affirmans ſi huiuſmodi in loco exercitum ſuũ ho
ſtes adorirẽtur/ſimulq; hortatur ut Mediolanum q̃/
primum reuertatur:& aliquot milia peditum Medio
lanenſium ad ſe mittat/quod tantis animis effectũ eſt
non ſolum a populo.Sed ab ipſo etiam Duce Sfortia/
ut uniuerſis paſſim pugnandi ardor incredibilis inna/
tus uideretur.Egreſſi itaq; ſunt ex urbe circiter ſex pe
ditum milia & quadringenti equites cũ ipſo Duce re
liquis iuxta aggeres ad urbis cuſtodiam diſpoſitis:&
q̃primum ad Picocham uentum eſt:iam multæ Elue/
tiorũ phalanges cũ bellicis tormẽtis aduerſus frontẽ
Cæſariani exercitus contendebant:quã Germani pe/

dites ſub Georgio Frondeſpergo Duce imperterriti tutabantur: a latere multi ex Eluetiis ab Hiſpãis ſclop pis interficiebantur: nec præ foſſarum altitudine po/ terant Eluetii (qui mos eſt eorum in prælio) aduer/ ſus hoſtilia tormenta progredi: a ſiniſtra vero parte Fu ſius cum trecẽtis equitibus ex robore exercitus de/ lectis/peditumq; acie per viam Mediolanenſem feſti nabat ad pontem per quem in caſtra hoſtium erat adi tus: Sed Ducem Franciſcum & Mediolanenſes nactus poſtq̃ paululum pugnaſſet coactus eſt pedem referre a dextra autem alia equitum ala mutata cruce alba: q̃ Galli ſignantur in rubram nitebatur Lautrechus vna cum Cæſarianis caſtra ingredi. Sed fallacia in tempo/ re cognita iuſſit Proſper ſuos omnes hærbæ aut ſpica rum/quibus agri tum referti erant manipulos ca/ piti imponere/vt ab hoſtibus dignoſcerẽtur itaq; eui tato dolo victoria penes Cæſarianos & Mediolanẽſes fuit. Cecidere in eo prælio Eluetiorũ triamilia cum de cem & ſeptem eorum Ducibus. In Cæſaris autem exer citu pauci deſiderati ſunt: vnuſq; tantum e Ducibus Io annes Cardonenſis Coloſſani oppidi in Sicilia Comes ſagitta faciem tranſfixus occubuit dum in medio ardo re pugnæ caſſidem eleuat vt quid agẽdum foret abſq; impedimẽto cerneret. In hunc modum Galli potius pu gna abſcedere coacti q̃ fracti tormẽta reduxerunt: im pedimenta quoq; ſi q̃ ſecum attulerant/ Moguntiam

reportarunt: vbi quum ſolam nocti Lautrechus quieuiſſet: ſub ſolis ortum ad oppidum Tritium quod in ripa Abduæ poſitum eſt proficiſcitur: Confectoq; ponte Eluetios qui ſeſe dimitti flagitabant per Bergomatum agrum in patriam redire permiſit. Cum Elue/tiis Renatus quoq; Sabaudianus/Galeacius Sanſeuericus & plurimi Gallorũ proceres abſceſſerunt. Quãobrẽ Lautrechus magnis æſtuans curis Laudẽ Pom/peiam munire decreuit: vt eius vrbis præſidio Cremonam & tranſabduanã oram facilius tutari poſſet: anteq̃ hoſtis nouo pugnæ ſucceſſu fretus preueniret. Interea maxima Proſpero obiecta erat difficultas. Nam Germani pro victoria menſtruum ſtipendium ſibi dono dari flagitabant/& non ſolum ipſi Adurnoq; qui eos e Germania adduxerat haud auſcultabant cum obiiceret pecuniam non deberi/q̃ in pugna quanuis ex/titiſſent ſuperiores tamen hoſtem non debellaſſent/qui ſe incolumẽ receperat/reduxeratq; tormenta/ac impedimẽta ſeruauerat: quinimo reliquos etiam milites vt ſeditionem facerent impellebant/adeo vt oppugnatoria tormenta abducerent/hoſtilia inſuper Ducibus minitati/niſi ſtipendium erogaretur: manuſq; in ipſum Proſperum violentas iniicerent. Quod Franciſcus Dux Mediolani ſentiens ne parta victoria e manibus per ſeditionem elaberetur: cum Germanorum Ducibus re compoſita menſtruum ſtipendium militi

bus intra trigeſimum diem dono dare pollicetur atq̧ ita promiſſa non ſine magna difficultate poſtea exſol uit: quippe qui trimeſtri bello & diutina exercitus ſu ſtentatione nullis adhuc fere exactis vectigalibus ne ſciret vnde ſexaginta & amplius aureorum milia aſſu meret vt p̄miſſam pecuniam imerētibus elargiret. Cer tiores itaq̧ milites efflagitati muneris ad oppugnan/ dam laudē ciuitatē profecti ſunt: quo iam Lautrechus ſex equitum turmas præmiſerat/peditum præſidium paulopoſt tranſmiſſurus. Sed quum opiniōe celerius hiſpani muris appropinquaſſent, externus miles in vrbem pauloante ingreſſus nondum ſtatiōibus diſpo ſitis quas vnuſquiſq̧ præſidio aduerſus hoſtes tuere/ tur/inuaſione adeo repentina territus/ facilem aſcen ſum hiſpanis p aggeres muroſq̧ reliquit: & fuga trans Abduam prout quiſq̧ potuit/ ſibi ſalutem queſiuit: nōnulli tamen e Gallis cæſi: multi etiam capti/ & im/ pedimenta omnia amiſſa ac vrbs penitus fuit direpta: Ciueſq̧ fere omnes pecunia libertatem redimere co/ acti ſunt. Et quanq̄ hæc uictoria maximā oportunita tem conficiendi totius belli attulerit: tamen non tam Franciſco Sfortiæ iocunda extitit/ q̄ moleſta depo/ pulatio ciuitatis. Q uare vna cum Morono per quem omnia fere negocia tractabat/ q̄primum eo ſe cōtulit: ac poſtquam de recuperanda Cremona & reliqua Me diolanenſi ditione cum Proſpero & cæteris Ducibus

egit:Mediolanum reuertit̃ ad res vrbanas componen
das:& Magiſtratus qui ius populis dicerent creãdos.
Quod adhuc ob bellorum ſtrepitus minime factum
fuerat.Interea Proſper dimiſſo ad recipiendum Piſleo
num cum militum parte Daualo/ipſe cum reliquis co
piis Cremõam pergit.Galli autẽ qui præſidio Piſleo
ni ſtabant vnaq; oppidani Gallicæ factioni addicti/
iam rebus ſuis diffidentes accepta incolumitate dedi/
tionem fecerunt.Inde ad Cremõæ mœnia admoto ex
ercitu quum iam antea Lautrechus in Brixiẽſem agrũ
ſe recepiſſet/ & aliquandiu ibi moratus tandem per
Eluetiorum fines familia ſua tantum comitatus inGal
liam decreuiſſet reuerti: Thomas eius frater cui to/
tius exercitus prouinciam cõmiſerat cum Proſpero
ad has conditiones deuenit. Se Cremone cum exerci
tu regio quadraginta dies datis tamen obſidibus ꝑ/
manſurum/& niſi interea e Gallia tantum p̃ſidij mit/
teretur/quod Padum Fluuium per vim tranſiret/aut
vnam ſaltem ciuitatem ditionis Mediolanenſis præ/
ſidio militum firmatam expugnaret/ſe Cremonam
Proſpero vel cui ipſe vellet redditurum modo cum mi
litibus ſuis/ac cum tormentis uexilliſq; in ſpeciẽ ex
ercitus explicatis/ac cum impedimentis omnibus in
Galliam proficiſcendi poteſtas fieret Interim vtrinq;
lœſum iri neminẽ:Additum inſup eſt ut captiui ultro
citroq; redderentur: & oppida omnia & loca/quæ a
Gallis

Gallis adhuc teneretur/poſt exactũ huiuſmodi temͣ pus deditionẽ faceret Mediolanenſi tamẽ Cremonẽſi & Nouariẽſi Arcibus exceptis:quas Regi liceret quo ad poſſet tutari. Quæ poſtq̃ ſcripto ac iureiurãdo fir/mata fuerũt.Proſper vno tãtũ e ſuis Cremonæ dimiſſo q Gallorũ ꝑmiſſa obſeruari curaret ipſe cum exercitu Genuam contendit ſecũ ducens Antoniotũ & Hiero/nymum Adurnos fratres/ad quos rerum Genuẽſiũ procuratio atinebat:vt per eos cõmeatus plauſtra/bo ues operarij ac alia ad bellũ neceſſaria exercitui ſup/peditarẽtur. Genuæ per id tempus imperium admi niſtrabat Octauiãus Fulgoſus tum prudentia& rerũ vſu admirabilis/tum morum probitate Genuẽſibus admodum carus:qui & ſi corpore eſſet imbecillo lon/gaq; egrotatione affectus:ita vt male belli munia poſ ſet obire:tamen & Galliarum Regis tutela qua potiſ ſimum nitebatur/fretus:& per Federicum fratrẽ Ar/chiepiſcopũ Salernitanũ hominẽ impigrũ:omnia bel li miniſteria præparat.peditum Italorum duomilia ad vrbis defenſioẽ diſponit: amicos & nominis Fulgoſi ſtudioſos qui plurimi in Liguria erant in armis eſſe iubet.Regem etiã admonet Cæſarianos iam Gallico bello in Inſubribus confecto Genuã properare:& pro pterea valido ꝑſidio ad tutãdas Genue res opus eſſe: qđ niſi cito mittatur/fruſtra proculdubio ſera poſtmo dum fore auxilia ꝑſertim quoniã propter Adurnorũ

aduentũ nõ minus intra vrbem q̃ foris ſibi timendum eſſet. At Rex qui Italiæ rex ſummopere cordi habebat iam poſt cladem apud Picochã acceptã peditum quattuordecim milia e Vaſconia & prouincia Narbonenſi cũ qngentis eqtibus cataphractis/milleq; ſagitariis equeſtribus delegerat mãdaueratq; vt Duce Roberto Scoto in Italiã ꝓperarent/& rebus ſuis afferrẽt auxiliũ/Sed quia ſuos in tempore ad opem Genuenſibus ferendam uenire poſſe non ſperabat Idcirco Petrum Nauarienſem Ducem rei militaris peritiſſimum qui pauloante in Galliã ex Italia redierat/cũ duabus triremibus Genuam confeſtim miſit/& forte/ciuitatem eo tẽpore ingreſſus eſt/quo Ferdinãdus Daualus cũ hiſpanico atq; Italico peditatu ab ea parte qua olim ſtabat Phari turris caſtra mœnibus admouebat: & iam Tubicinẽ p̃miſerat cũ litteris ad p̃fectos vrbis cõditiões afferẽtẽ vt intra vnius diei ſpaciũ p̃ſidiũ omne Gallicũ dimitterẽt: Antõiotũ Adurnũ in ipſorũ Ducem aſſumerẽt: Claſſem omnem quoties ere Cæſaris eſſet/paratã haberent: ſi hæc facerent de cætero eos ſuis legibus vti ꝑmiſſurũ. Quod ſi mãdata negligerẽt omnia hoſtilia ſi in bello ſuccubuiſſent illis eſſe ſubeunda. Quare plurimi in vrbe quæ nouarũ rerũ cupida ſemper extitit: niſi nouũ militum præſidium vetaſſet/mandata accipienda ſuadebant. Sed præ timore

libera haud erat Ciuitas/& ꝑpterea Benedictus Vi/
ualdus qui pluſq̄ par erat Fulgoſis obſequebat̄: ciuiū
Genuenſium nomine ad Daualum:qui expugnandæ
vrbis aſſumpſerat prouinciam/mittitur:& dū ſub ſpe
res Genuenſes componendi/moram in caſtris trahit
pedites qui turrim quandam prope portā eo die plu/
ribus tormentorum ictibus ꝓſtrauerant dum incau/
tius qui iuxta mœnia ſtationes agebant vrbem cuſto
diunt/inſcio Daualo & cum Viualdo ad rem compo
nendam intento/turrim facto impetu occupant:aditū
ſibi ab ea parte facientes:qua murus aliquot in locis
ruinam dederat.Fit vndiq; in exercitu cōcurſus & cla
mor ingens:eleuant̄ a cohortibus ſigna pediteſq; qua
primi irruperant circumquaq; inuadūnt:ipſe autē Da
ualus dimiſſo concilio verſatnr inter primos: & muri
parte occupata ingreſſus/ſuos qui temere progredivi
debantur ſubſiſtere imperat.Admonet prætereade vi
ctoria Proſperū qui cū Germanis & equitatu fere om
ni in alia parte conſtiterat/quæ Beſania dicitur:vt cū
reliquo exercitus in vrbem iam captam introeat:Mox
ſuis in vnum collectis præcipit: vt ordinibus ſeruatis
procedant:fit fuga vndiq; ab iis qui vrbē tutādam aſ/
ſumpſerant:nec vllus iam audet vel ſe ipſum defende
re:ipſe Archiepiſcopus Salernitanus cū Centurione
qui Curiā cuſtodiebat magno militū & ciuium nume
ro ſtipatus naues conſcendit/& ad littus occidentale

Maſiliãq; iter dirigit:octauianus Gubernator eius fra
ter quia in lecto ægrotaret:poſtq̄ Curie portas claudi
iuſſiſſet/mittit e ſuis vnum/qui e feneſtra nũtiet ho
ſti ſe in Ferdinãdi Dauali poteſtatem venturũ.captus
eſt etiam Petrus Nauarienſis/aliiq; cũ eo multi vrbs
omnis direpta:& quia tantum præde inibi fuit/quan
tum vix hoſtis amplius optare decens putaſſet/Pro/
ſper edicto mandauit/ne qs e ciuibus captiuus a quo
quam fieret.Poſtero etiam die/vt populationibus tan
dem modus imponeretur/ciuitate exercitum omnem
eduxit:dolens eam vrbẽ direptam:e qua propter im/
menſas opes Cæſareum exercitum multos menſes pe
cunia ſuſtentare potuiſſet. Atq; ita capta Genua au/
diens Proſper Gallũ cũ nouo Galliarũ delectu Alpes
trãſire:verſus Haſtã ciuitatẽ cũ copiis iter arripit illi
occurſurus ſi res Inſubrum & pacta Cremonenſia tur
bare niteret̃.Sed poſtq̄ ad vicũ in agro Haſtẽſi q villa
noua dicit̃ Gallus applicuit/cognita Genuæ iactura
tãtiſper ſubſtitit/quoad Regis iuſſu/cuius mẽtẽ trãs
alpes miſerat exploratũ/in Galliã cũ nouo exercitu
reuerſus eſt. Igit̃ Thomas Fuſius q Cremõæ inerat/
ſpe omni auxilii ſublata/poſtq̄ q̄draginta dies ſecũdũ
cõuẽta præteriere/q̄ primũ cũ mandatis nũciũ ad Pro
ſperũ miſit/qui & captiuos & arces reddi iuberet ipſe
autem cum Gallicis reliquiis& cũ tormẽtis bellicis ex
fœdere in Galliam pficiſcitur fide Ducibuſq; itineris

a proſpero acceptis: in cuius laudẽ tã multa Galli prædicabant: vt non regij exercitus euerſorem: ſed potius ſeruatorẽ in Galliã ciſalpinã veniſſe faterentur: qppe q neminẽ vnquã præterq̃ in acie occidi paſſus fuerit: quiq; etiam deuictis hoſtibus tantas multoties cõmoditates conceſſerit/quantas alius vel amicis fortaſſe denegaſſet. Recuperatis e Gallorum manibus totius fere ditionis Mediolanẽſis ciuitatibus/& arcibus paucis/quæ adhuc in hoſtium poteſtate erant obſidione cinctis: maior q̃ crederetur reſtabat pecuniæ difficultas ad continendum exercitum: verũ vt impenſæ pars tolleretur/dimittũtur aliquot Germanorũ milia. Atq; interea Carolus Lanoius apud Neapolim regiæ poteſtatis: & Ioannes Emanuel Cæſaris legatus conuentu inter ſe Romæ habito freti Cæſaris authoritate/cuius nomẽ iam fugato Gallo pleriq; in Italia verebãtur ſummã aureorum centũ quadraginta milium a Florentina rep. Mediolanẽſium Duce/Senenſibus/Genuẽſibus/& Lucenſibus prout eorum quiſq; magis onus laturus videbatur exigere ſtatuunt pro totius equitatus & peditatus Hiſpani aliquot menſium ſtipendio: quos in Inſubribus permanere neceſſarium exiſtimabant/non quod ſufficerent ad Regis vires Italia arcẽdas: ſi expeditionem rurſus Italicã tentaret/quod pleriq; facturũ rebantur: Sed quia Germani facilius euocari ac Itali quoties eſſet opus deligi poſſent. Illud

etiam grauius vrgebat/quod neq; Cæſar a Flandria/
aut ab Hiſpania bellum Gallo mouere poterat pecu/
niæ inopia & rebus omnibus imparatis:neq; Angli/
cus Rex ſolus bello quod in Northmanos: & Piccar
dos ea æſtate inferebat quidq̃ profuturus videbatur.
Quare Cæſar monitus a Proſpero/cuius cõſilia ſem
per/& Italiæ quietem.Imperiiq; Ro. amplitudinẽ ac
rerum firmitatem reſpiciebant Venetias Hieronymũ
Adurnum mittit/vigilantia/vſuq; ac ſingulari prudẽ
tia præditũ:vt quoquomodo e dignitate Cæſaris me/
lius fieri poſſet/res inter eos componerentur.Quod
& ſi diutius protractum eſt/propter intempeſtiuam
ipſius Adurni mortem/nihilominus tandem per Ma
rinum Caracciolum Protonotarium Apoſtolicum poſt
nonum menſem fœdus inter eos initum eſt his condi
tionibus/vt pro comuni rerum Italicarum tutela pedi
tum ſexmilia ac vtriuſq; armaturæ equites mille &
ducentos alter alteri cui opus foret dare in auxilium
teneretur.Quod tanto Mediolanẽſes affecit gaudio
vt pleriq; diſiunctis a Gallo venetis illum nunq̃ am/
plius cis alpes deſcenſurum timerent: neq; aliud iam
cogitarent/q̃ quomodo ſeſe a Cæſarei exercitus one/
re eximere poſſent:qui conſumptis iamdiu Italorum
principum tributis in ſolos Ducis Mediolanenſiũ hu
meros incũbebat:& facta pauloante in agro Haſten/
ſi ſeditione Vigleuenũ vſq; omnia hoſtiliter depopu/

latus fuerat:ita vt circiter centum aureorũ milia Franciſco Sfortiæ exſoluere opus fuerit pro ſeditione compeſcenda:præſertim ne in tanta ſpe res venetas cõponendi omnia huiuſmodi tumultu turbarẽtur:neq; amplius pax ſequeretur/ ſine qua res Mediolanenſium nullo modo poſſent habere firmitatem.

¶Galeacij Capellæ de rebus geſtis pro reſtitutione Franciſci II. Mediolanenſium Ducis Liber tertius.

SVbſecuta altera æſtate poſtq̃ Galli apud Picocham cladem acceperant:quum omnes fere qui in arce Mediolanenſi obſeſſi erant vario morborum genere defeciſſent:reliqui moræ tædio non expectato bello/quod magnis viribus denuo inſtaurabatur/ arcem ipſam Sfortiæ dediderunt incolumem in patriam reditũ cũ armis & impedimẽtis paciſcentes:quod quanuis Regi plurimũ difficultatis afferebat:tamen quum nihil æque cordi ac rerum Italiæ amiſſarum recuperatiõem haberet/& a Cæſare & ab Anglorum Rege qui ſe ſe magnum bellum in Galliam moturos ſæpius iactauerant/omnia frigerent/q̃ maximum poteſt Italorum peditum equitumq; leuis armaturæ numerum ſtipendio conducit:tormenta bellica/tormentorum materiam omnem iumentorum & vehiculorum ingentem apparatum inſtruit: ac inpri

mis tantam contrahit pecuniarum ſummam & vecti/
galia Mercatoribus Lugdunenſibus oppignerando &
decimas ſacerdotibꝰ/& tributa invna quaq; regni pro
uincia paſſim indicendo:quantam nemo vnquam an/
tea in Gallia collegerit.Oratores etiã mittit ad Elue/
tios pro requirendo peditatu:vt eos cum primum in
Taurinos deſcenderit ſibi adiungat. Q uod ſentiẽtes
Franciſcus Mediol.Dux & Proſper Columna & ſi re/
bus Cæſaris ſuiſq; ex fœdere ac pace veneta magnum
præſidium paratum ſperarent:tamẽ ad tanti belli de
fenſionem/aliud etiam fœdus magno labore & ſtudio
Romæ componunt inter Pontificem Hadrianum VI.
Cæſarem Florentinam rempublicam Mediolanen/
ſium Ducem/Genuenſes/Senenſes/& Lucẽſes/pa
ctoq; inuicẽ firmãt vt trimeſtrẽ/pecũiã quãto magis
quiſq; pro viribus poſſet erogaret/pro ſumptibus bel
li perferendis aduerſus eos qui Italicam quietem tur
bare niterentur:Proſperumq; Columnam deligũt cu
ius ductu & Imperio res bellica gubernaretur qui va
riis rumoribus Gallorum motus audiens iamq; de fu
turo bello certior in Germaniam mittit/qui peditũ
inde ſexmilia Mediolanum adducerent.plurimis etiã
quos in re militari ſtrenuos antea cognouerat onus in
iungit peditum in Italia diligendorum:& quamq̃ per
aduerſam valitudinẽ iam aliquot menſes collapſo ſto
macho/amiſſoq; ciborum appetitu non ſolum corpo

re/Sed animo quoq; imbecilli factus eſſet/ tamē lo ca omnia Mediolanenſis Imperij/qua poſſent hoſtes irrumpere luſtrat:tandēq; ſtatuit ad ripam Ticini flu uij hoſtium impetū propellere: Firmataq; in hoc ſen tentia nihil vlterius de vrbe munienda cogitat:tanquā hoſtis fluminis tranſeundi poteſtatē nuſq̄ eſſet habi/ turus. Quæ cum pararentur Franciſcuſq; Sfortia(qđ bellum adhuc longe abeſſet)Mogūtiæ æſtus faſtidia vitaret:haud mediocre ſubit diſcrimen. Inter eius Au licos verſabatur Bonifacius Vicecomes qui cum an/ tea peditum cohortis præfectura ad arcis Mediolanē ſis obſidionem priuatus fuiſſet: præture quoq; vallis quæ a Seſite amne nomē accepit in Nouarienſi agro tuliſſet repulſam/ac ob Heſtoris Vicecomitis cædem quā mandante Morono perpetratā fuiſſe æmuli eius aſſerebant valde & illi & Duci ſuccenſebat. Quapro pter dum Mediolanum redeuntem Principē cum cæ/ teris Aulicis comitaretur: vt ad quadriuium antea de ſtinatum applicuit eum a tergo pugione aggreditur/ ſiniſtrumq; humerum percutit. Sed quia ipſe in equo ſublimis ſedebat Principsq; parua mula vehebatur/ & ferientis impetum ſentiens caput inclinauit/ leue minimeq; drofundum inferre potuit vulnus:& idcirco Vicecomes q̄ celerius licuit fugam corripuit:nec ex iis qui fugientem ſecuti ſunt/quiſq̄ valuit adſequi. Qua re princeps/qui maiores timebat inſidias/Mogūtiam

q̃ptimum redire optimum eſſe arbitratus eſt. Allato Mediolanũ h'mõi nũcio/ Morõus cõgregatis vrbis primatibus Palauicinum Vicecomitem Epiſcopum Alexandrinum tanti facinoris ſuſpectũ & quem dudum Duci infenſum ob Hectoris fratris cædem pleriq; exiſtimabant Proſpero mandante de quo eum confidere haud ignorabat/ euocari curat:ne ſi vim adhibere voluiſſet ob generis ſplendorẽ & clientelas plurimas in vrbe tumultus excitaret. Mox detẽto p Proſperũ Epiſcopo/ multi eius affines & amici carceri mãcipant: adhibitaq; per tormenta queſtione nonnulli fatentur factam fuiſſe in domo Epiſcopi cõiurationem nemineq; ad perpetrãdum tantum facinus Bonifacio magis Idoneum viſum ſtatimq; ĩterfecto Principe animum illis fuiſſe Moronũ eiuſq; amicos ĩn curia obtruncare: Proſperum quod exoſum non haberent comprehendere: a nõnullis ciuibus & mercatoribus q̃ maximã poſſent pecuniæ ſummam extorquere: ad id peragendum nõ nullas habuiſſe peditum cohortes in Monteferrato/ Vercellis/ & ĩn Glareabduano agro. Sed quia Bonifacius triduo ante ſtaturum diẽ facinus aggreſſus ſit: ideo pedites & Duces imparatos fuiſſe: neq; coniuratos quiuiſſe perficere quod in animo habebant/ Regi ſcilicet vrbem ditionemq; Mediolanẽſem tradere/ vt ita gratiam apud eum nanciſcerẽtur/ Atq; id tametſi ab vno & item ab altero aſſertum fuerit: tamen pluri

mi adhibitis etiam tormentis conſtanter omnia nega uerunt: ipſeq; Bonifacius poſtea non ſemel coram mul tis atteſtatus eſt/ ſe nemine conſcio ſed proprio impul ſu id molitũ fuiſſe. quia Principem nouiſſet nulla ſua culpa in ſe male animatum. Fama vulnerati: Ducis in crebreſcente/ quũ pleriq; ex iis qui longius aberãt ne cem inde ſecutam putarent. Galeacius Biragus Me/ diolanẽſis qui partes Gallicas ſequebatur/ nõnullos pedites in pedemontana regione & Mõte ferrato col legit quorum auxilio Valentiam oppidum iuxta Pa/ dum occupat: arcem etiam per quoſdam oppidanos in deditionem accepit. Quod ſentiens Antonius leua qui Proſperi iuſſu Haſtam vſq; cum hiſpano pedita/ tu & equitibus leuis armaturæ ad continendos in fide populorum animos proceſſerat: Valentiam cum par/ te copiarum proficiſcitur/ & quum ſpacium qui intus erant non habuiſſent oppidi muniendi/ intra biduũ expugnat: Biragumq; captiuum facit anteq̃ a Gallis vllum afferri poſſet auxilium. Nam & ſi opem ferre properarent: nihilominus & longinquitate itineris/ & Caroli burbonii Ducis ſuſpitio iter agentem exercitũ aliquot dies retardauit Non enim Regi benecõſul/ tum videbatur: ſi (vt decreuerat) ipſe in Italiam deſcẽ deret relinqueretq; in Gallia Burbonium iam irritatũ Comeſtabulatꝰ officio ac Burbonẽſi & Aue norũ opu lento Ducatu potentiſſimum. Quapropter quũ Rex

equitibus. Magnum Magiſtrum vt Burbonium com/prehenderet/qui poſtmodum Ditionem illius omnẽ redegit in Regis poteſtatem. Interea Ammiraldus cũ triginta milibus peditũ duobuſq; equitũ milibus toti dẽq; ſagittarijs eqſtrib9 in Italiã deſcẽdit: quũq; hiſpani qui cum Antõio Leua erant retrocederent/neminẽ habuit qui ipſius conatibus obſtaret/donec ad Ticinum peruenit: vbi quattuormilia hiſpanorum peditũ totidem adiunctis Germãis cum tota Cæſarianorum equeſtri acie conuenerant: ipſeq; Proſper quãquã corpore inualidus tamen lectica ad citeriorem Fluuij ripam ſe deferri iuſſerat/Sentiens autem iam magnum hoſtium numerum ad vlteriorem fluminis ripam peruenisse/aquaſq; præter morẽ ex longa quæ antea fuerat ſiccitate minime profundas/ſero timẽs ſe nõ poſſe eo loci Gallo obſtare: præſertim quia Itali pedites/q diuerſis in partibus conſcribebantur nõdum applicuerant: primum grauiora tormenta Mediolanum remittit: ne ſi maior quæpiam vis ingruiſſet ea hoſtibus relinquere cogeretur. Mox vbi omnẽ exercitum Regiũ Vigleueni conueniſſe audiuit ſuoſq; in citeriore ripa/maxime qua cuſtodiam agebant Germani/ab hoſtibus qui in vlteriore ſtabãt tormentis ſcloppiſq; arceri & non modo equites/ſed pedites quoq; fluuium vado tranſire fruſtra aliquoties repugnare conatus/motis caſtris exercitum omnem nemine amiſſo Mediola

num reducit/adeoq; ciuitas ex hmōi nūcio cōſterna
ta eſt:vt ſi confeſtim hoſtis inſequebatur obuiam ha/
biturus eſſet neminē.Sed dum Ammiraldus ſuos col/
ligit & eos q ſerius venerant expectat:Cæſariāi ipſiq;
Mediolanēſes animo cōfirmati aggeres reficere con
ducta innumerabili foſſorum manu properant.Inter/
ea pedites Itali aduentabant & commeatus intra vrbē
nullo intermiſſo tempore deferebantur.Hieronymus
quoq; Moronus poſt introductum exercitum inſecuta
altera nocte per totā vrbem iterum atq; iterū ad arma
iuſſit conclamari:vt certior fieret quantum præſidij a
populo ſperare poſſet:quem adeo bene animatum ad
repellendum hoſtem cognouit: vt nihil vnquā fuerit
promptius.Q uare Proſper omni ꝓrſus abiecta vrbis
relinquēdæ opinione/quæ ipſe per aduerſam valitu
dinem pſtare non poterat per alios exequebatur.Iam
in vrbe duodecim peditū milia contraxerat/magnuſq;
populi numerus quoties opus foret in armis aderat
Miſerat præterea Papiam validū cum Antonio Leua
præſidiū:dum Mediolani ipſe a Ticini ripa rediret: &
ſupra mille pedites Alexandria relicta/Cremonam
proficiſci mandauerat:ita vt a tribus ſaltem ciuitati/
bus/ſi a reliquis non poſſet/hoſtium impetum pro/
pelleret Cæterum Ammiraldus ſero copias ad vrbem
admouiſſe cognoſcens:mutato oppugnationis cōſilio
poſitis prope ciuitatem iter Laudenſem Ticinēſemq;

viam caſtris:ad recipiendã Moguntiam partem exerci
tus mittit:Mox Petrum Baiardum ductorẽ impigrũ
cum octomilibus peditum/tormentis decem bellicis/
validoq; equitatu Laudem Pompeiã proficiſci iubet.
Quod vbi ſenſit Mantuanus/qui ex fœdere cũ Pon
tifice inito in eam ciuitatem cum quingentis pedit ib9
& totidẽ equitibus venerat/ſe tam modicis copijs de/
fendẽdæ vrbi imparem cernẽs:anteq̃ Gallus aduen
taret/admonitu Federici Bozuli affinis ſui/qui Galli
cum peditatum ducebat/inde diſceſſit.Gallus Laude
ciuitate præſidio firmata ponte ſuper Abduam confe
cto q̃primũ Cremonã cõtendit.Ibiq; adiũcto ſibi Ren
tio Cerro Romano cum quattuor peditum milibus/
quos Carpi & in ditione Ferrarienſi regia pecunia col
legerat/ſtatim oppugnare Ciuitatẽ aggreditur.neq;
venetorum copias timet:quæ & ſi in Ponteuico oppi/
do propinquo conſederant:tamen neq; Gallo pares
erant/neq; ſine veneti Senatus authoritate extra fi/
nes ſuos audebant pedem ponere.Quin ita Proſper
& ij qui Mediolani de re bellica conſultabant fore exi
ſtimantes tum e Papia vrbe tum ex Alexandria Cre/
monam euocauerant tres mille & quingentos Italos
pedites ſub Ducibus Mayno Ciuitatis Gubernatore
Franciſco Salamone Neapolitano,Bartholomeo Mar
tinengo Brixienſi & Mediolanenſi Franciſco ſtampa:
neq;a Mantuano qui vrbem Laudem in hoſtium po/

teſtate reliquerat/amplius poſcere æquū ducebant vt cum militibus ſuis Cremonam ingrederetur: veriti ne vir qui Princeps eſſet nimis fortaſſe de ſe ſollicitus ſalutem propriam aliquando ſaluti ciuitatis antefer/ret. Per oratores tamen Ducem vrbinatem Prouiſo/remq; venetum ac Mantuanum obſecrare nō deſiſtūt vt exercitus ſuos prope Gallum admoueant ita vt co/gant metuere ſi vrbem adoriri temptaret. Sed gallus a propoſito non dimotus eſt quin admotis tormētis tri duū urbis mœnia quaſſauit: & quū ſupra Trigita mu/ri paſſus humi ſtrauiſſet: & dato ſigno militibus præ/cepiſſet ut ingredi niterētur: iamq; omnes ad iuſſa ma turanda inſtructi eſſent/tantæ repente de cœlo plu/uiæ per quattriduū demiſſe ſunt ut rem differre opus fuerit. Interea qui Cremonæ obſidebantur. ſpatiū ad reparāda ſtrata mœnia habuere: & quod utilius etiam fuit/quū Gallo ſolum a Laudenſi agro & ab ora tran ſabduana quæ ad uictū pertinebant ſubminiſtrarent quod cætera loca circūſtantia parū paccata eis eſſent difficultate/itinerum & iugis pluuiæ uictus penuria laborauere: ita ut coacti fuerint multa ſumere ex arce Cremonenſi/in quā cōmeatus plurium menſiū paulo ante attulerant: Ceterum iam ſpe recipiendæ Cremo næ fruſtratus Ammiraldus: ſimulq; cognoſcens earū copiarum diſceſſu muniendæ Ciuitatis Mediolanen/ſis maximam comoditatem hoſtibus præbuiſſe: ſuos

denuo

denuo ad Mediolanũ obſidendũ redire iubet/atq; ita cũ Moguntiã veniſſent:propter duos hoſtium exercitus diuerſis a lateribus vrbẽ obſidentes:nõ niſi difficulter iis qui comeatum afferebãt erat aditus: & quũ molas frumẽtarias quæ foris erant incendio Galli ab ſumpſiſſent/nec adhuc intus/q̃ hoĩum manu fruges molerẽt pfectæ eſſent:tãta farinæ ĩtra q̃ttriduũ oborta eſt penuria: vt ſupra centũ hoĩum milia ebdomodam totã pane caruerint:leguminibus & oriza vitam trahentes:donec inſtructis tandẽ molis farina hoĩum manu abunde fieri cepit/Interea Proſper quia ægrotus eſſet Fernando Alarconi/qui Cæſaris iuſſu e Calabria Mediolanũ per eos dies venerat/vt peditũ præfecturam gereret:Donec Daualus abeſſet/ſummã regendi exercitus cõmittit:q bene gerendæ rei ſtudioſus:extemplo vt hoſtẽ ab vrbe ſummoueret:aggerem effoſſa terra & ex ceſpitibus/trabibus/& arborũ ramis intextis in ſpeciẽ turris erigit:in cuius vertice erat area ambitus pedum circiter ducentorũ:quæ a fronte cratib9 terra oppletis vallata/tormẽtis & peditib9 collocandis ſpaciũ relinquebat:atq; ita aliquot dies Gallos crebris tormẽtorũ ictib9 infeſtans/multos ex eis interfecit.Sed cum id parum ad liberandam obſidione vrbem Proſpero videretur Principi Mantuão/qui ſe ad cõmune beneficiũ alacrem prebebat iniũgit vt cũ equitibus ecclesiæ militãtibus Papiam ſe conferat vt

inde viatores eoſq; qui annonam ad exercitũ hoſtiũ deferebant/ infeſtaret. Cæterum quoniã durante diu/tius bello/ſtipendium a confœderatis in cõmune col/latum conſumptũ erat & ob mortẽ Hadriani Pontifi/cis nemo ne obolum quidem Roma amplius mitte/bat: Florentinaq; reſpublica Genuenſes: ac Lucenſes exacto primo trimeſtri pecuniã vlterius pendere gra/uabantur: quũ aliunde nõ poſſet: decreuit Proſper red dita Alponſo Ferrarienſium Duci Mutina: quam Guidus Rango Romanæ eccleſiæ atq; italorum confœderatorum nõie aduerſus illũ tutabatur: pecuniã in vſum exercitus parare/iamq; miſſis vltro citroq; oratoribus de ſumma conuentum erat niſi Bartholomeus Catti/narius vnus e Cæſaris conſiliarijs, qui per eos dies a Carolo Lanoio Bononiam præmiſſus fuerat/ijs q ne gotium tractabant ſignificaſſet: haud e re Cæſaris & confœderatorum fore vrbẽ bello oportunam tradere Ferrarienſi Gallici nominis ſtudioſiſſimo: eccleſiamq; ſibi reddere infenſam/præſertim in tanta æmulatiõe & ſtudio creandi Pontificis/aut Cæſari/aut Gallo fa uentis: neq; deinceps/ſi paululum tolerarint, pecuniã defuturam Lanoio iam cũ pedeſtribus equeſtribuſq; copijs Neapoli in Inſubres proficiſcente & cũ eo etiã redeunte Ferdinando Daualo qui vt ſuperiore anno ne Proſpero pareret in hiſpaniam abierat: ita impræ/ſentia ſub Lanoio vices Cæſaris gerente cum mune/

re gubernãdi totius peditatus militare non detrecta/ bat. Quare oratores a Proſpero Mutinã miſſi re infe cta redierẽ. Dũ hæc gerunt iam quotidie maior rerũ omnium copia Mediolani ſuppetebat: Galluſq; time re cœperat/ne a Mãtuão & ab iis q Papiæ inerãt occu pato ponte/quo Ticinũ e regione Vigleueni coniun/ xerat cõmeatus pẽuria laboraret. Propterea Petrũ Ba iardũ & Rentiũ Cerrũ cũ copiis quæ Mogũiæ erant reuocat: quorũ diſceſſu a Brigãteis collibus totoq; ſu/ periore agro tãta ciuitati facta eſt abũdantia vt nulla amplius famis formido ſupeſſet. Iamq; de obſidiõe mi nime Amiraldus cogitabat: neq; aliter occupandæ vrbis vlla ſuberat ſpes patefactis p̃ſertim inſidiis/& pditiõe a Morganto Parnenſi primipilo in legiõe pe ditũ Ioãnis Medicis tentata. Nã cũ is pontẽ ſubliciũ q̃ extra aggeres vrbis iter erat/ occiſo cohortis centu/ rione ibi in ſtatiõe poſito occupare polliceret: & Gal/ lum inde introducere: & iam tres cõiurationis cõſcios adiutoreſq; haberet Ioãnem Ferrariẽſem ex peditatu Stephãi Colũnæ/q ſibi pximus excubias agebat/ da to iureiurãdo ſociũ ad facinus pagẽdũ reqrit: pmium qd ab hoſte accipiebat cũ eo comunicatur9. Sed Ferra rienſis fidei plenus vt rẽ oẽm mãu firmius teneret: ope rã ſuã Morgãto pollicet: quũq; cognouiſſet qd ſe face re/& q̃ hora vellet: extemplo Stephanũ Ducem ſuũ

miſq; ſpoliatas/ac prope ſeminudas aufugere coege/rant: Tamē vt tantam belli molem poſſet ſuſtinere: ſex milia Eluetiorum præter eos/quos ſecum habebat/q̄ primum ad ſe deduci curat: Ita vt ex ea natione duodecim milium peditum numerum expleret: quibus ſecū coniunctis(ſi ſors ita tuliſſet) prælium detrectare no/lebat: Cæſariani autem poſtq̄ aliquot dies apud Binaſcum/mox apud locum/qui Mota Vicecomitum di/citur/morā traxiſſent/vt hoſtem Abbiagraſſo/vbi tutus eſſe videbatur/extraherēt relictis præſidio Mediolani aduerſus Exercitum Gallicum/ſi forte Vrbē adoriretur peditum Italorū quinq; milibus copias oēs trans Ticinum adducunt: & Gambaloti primum Ca/ſtra locant. Ipſe autem Vrbinatum Dux/qui in exercitu Veneto imperabat: & Trumelli decreuerat Ca/ſtrametari quum Garlaſcum hoſtium præſidio firmatum inter ſe & Papiam Vrbē interiaceret: ita vt a commeatu/qui Papia mittebatur/nō ſolum Veneti/ſed etiam Cæſariani paruo conatu poſſent excludi: ad ex/pugnandum oppidum q̄primum tendit: quūq; muro/rum partē humi ſtrauiſſet: iubet pedites equiteſq; adhibitis ſcalis in muros euadere/iamq; ab iis qui intus erant Veneti repellebantur ipſeq; Dux acrius inſtabat & retrocedere ſuos non patiebatur. tandem nonnulli ex ductorib9 Venetis/& magis Strenui mili/tes per foſſas mento tenus aqua plenas trāſiliunt: tūc

pariter omnes qua mœnia magis obruta erant:& ho/
ſtes reficiendis aggeribus intenti minus repellere po
terant/acrius vrgere/& maiore vi irrumpere conanť:
Ita vt vndiq; fuga ab iís qui pſidio eraťfieri cœpta ſit:
Oppidumq; direptum.Cæſi captiq; eo die pluſq̃ qua/
dringenti ex hoſtibus ſunt.Q uæ Victoria maximum
Duci Vrbinati decus/ Cæſarianis autem magnas cõ
meatuũ vtilitates attulit:At Gallus vbi hoſtes trans
Ticinum profectos Garlaſcoq; potitos intellexit/ne
Vigleueno quoq;/& cæteris Laumellinæ locis exclu
deretur:omni prorſus ſpe potiũdi Mediolãi deiectus
relicto Abbiagraſſi mille peditum/Equitumq; centũ
præſidio traiectoq; Ticino Vigleueni Caſtra locat:&
quia cunctando tempus terere videbatur:ſibiq; quo/
tiens leuibus prælijs cũ hoſte certamen euenerat for
tuna ſemper fuerat aduerſata/magnumq; equitũ iam
numerum amiſerat:biduo Exercitum in aciem dedu/
xit pugnandi copiam hoſtibus faciens:qui tametſi nu
mero ac militum virtute ſuperiores haberentur:tamẽ
& venetis ita ſuadentibus:& quia ex litteris interce/
ptis cognouerant pecunias hoſti deeſſe/minime vi/
ſum fuit tentare ancipitem pugnæ fortunam/quũ tu
tiorẽ euentũ cunctando ſperarẽt:Cæterũ ne oĩno ni/
hil agerent:quoniam poſt Ticini traiectionem Gallũ
Abbiagraſſo dimouerant/ſimili conſilio Vigleueno
quoq; tentãt eijcere.Sartiranam itaq; profecti/quod

oppidum eſt in citeriore Padi ripa/vbi quingenti Pe
dites cum nõnullis Equitibus præſidio ſtabant/torm ẽ
tis muros ſternere aggrediuntur: Ammiraldus ne ſuos
ſineret paulatim deficere: Vigleuenum reliquit obſeſ
ſis auxilium laturus: Verum anteq̃ Mortarium veni/
ret nunciatum eſt Vgonem Pepulum Bononienſem:
& Io innem Biragum/qui oppido/& Arci præerant/
expugnato vtroq; loco in Cæſarianorum manus capti
uos perueniſſe militeſq; omnes/qui intus erant ad in/
ternitionem cæſos: Quare quum iam ſera eſſent au/
xilia/Mortarij ſe continuit: At Cæſariani huiuſmodi
victoria ſubnixi Vercellenſium animos per Hierony/
mum Pegium eorum Ciuem temptant a Gallis diuer
tere. Quod illi haud difficile fuit Gibellinæ factiõis
ſtudio/cuius prias ptes in ea Ciuitate ſemp tenuerat:
a Ciuib⁹ itaq; recept⁹ eius opa cõmeatus/&alia q̃q;
neceſſaria inde ad Cæſaris Exercitũ indies deferebãn
tur. Quod quidem tanti fuit mométi: vt Lanoius cœ/
teriq; Duces ſperare iam auderét Gallis reditũ in pa/
triam Intercludere: & propterea ad locum inter Ver/
cellas & Nouariam qui Arcus Marianus dicitur/pro
ficiſcuntur. Ammiraldo qui Nouariæ cũ exercitu ine
rat duo adhuc ſupererant: in quibus ſpem poneret ne
a Cæſariãis intercluſus fame premeretur/prohibitis
non modo cõmeatibus a Pedemontana regione/quæ
hactenus ei victum ſuppeditauerat/Sed etiã ad ho/

ſtilem exercitum conuerſis:vnum erat in Eluetijs:quo
rum decem milia ad ſe quamprimum mitti per orato
res petierat:atq; ijs expectabat: vt quadringenti equi
tes qui e Gallia veniebant nuper adiungerentur.alte
rum reſtabat in Chriſonibus qui ad numerum quinq;
millium ſelectorum peditum ſtipendio Gallico p Ber
gomatum agrum deſcendebant : propoſituq; erat per
tranſabduanam oram ſe ſe cum Federico Bozulo/qui
cum magna Italorum peditũ manu regio nomine Lau
dem vrbem obtinebat,cõiungere:atq; ita hoſtes e Lau
mellina reuocare:niſi Mediolanum(quod minime cre
dendum erat)in diſcrimen adducere mallent. Quod
ſentiens Sfortia Ioannem Medicem cum quattuor mi
libus peditum & ducentis equitib9q ſuo ſtipendio mi
litabant in Bergomatnm fines trans Abduam mittit,
vbi aliæ preter quas ſecum duxerat vrbinatum Dux
conuenerant venetorũ copiæ:itaq; iuncti venetis Sfor
tiani ſe ſe interponũt,ne Chriſones ijs qui in vrbe lau
de erant etiam ſi maxime eniterentur coniungi poſ
ſent:Ipſe vero Ioãnes medices egregie ſtrenuus/ quo
tidie per leuis armaturæ equites gentẽ hmõi præ hijs
inaſſuetam infeſtabat:adeoq; eos perculſit,vt quidq̃
proficere diffiſi poſtq̃ triduũ ibidẽ morati ſunt:in pa
triam regrederentur:& paulo poſt pacem & amicitiã
cum Franciſco Sfortia tranſmiſſis Mediolanum orato
ribus petie. int.Hoc igitur timore liberatus Sfortia vt

inter/Regem/& Cæſarē Mediolanenſeſq; coherere poſſet. Contra Moronus/& qui cum eo erāt ſe ſe poſt reſtitutum in ditionem paternam Franciſcum Sfortiā nunq̄ bellum quæſiuiſſe: verū Regē nimio propagandi Imperij ardore iam bis non modo Mediolanenſem Ducatū in quo nullū ei ius ſpectet/Sed italiā totā turbare nixum fuiſſe: & propterea Italos Principes Cōmuni conſenſu cōmune damnū repellere. Iam non de reſtituendis cis Ticinum locis/ Sed de recuperanda tota ditione agi: Inducias quas petāt ſi rebus in Italia per vim occupatis cedāt/Carolum Lanoium qui a Cæſare & confœderatis miſſus in Ciſalpinam Galliam propediem venturus ſit non denegaturum & idcirco ad eum proficiſcerentur. neq; .n. de Inducijs/neq; de pace aut de rebus componēdis illo inſcio ſe ſe quid quā acturos. Atq; ita Gallis in caſtra: alijs in vrbem redeūtibus/Ammiraldus ꝓpter ſubitam niuis demiſſam copiam non amplius ſub Diuo exercitum continere æquum ducens/ſtatuit in hyberna concedere: ſolutaq; Mediolani obſidione Abbiagraſum ſe recipit: indeq; pedites a Narbonenſi Prouincia & Delphinatu/quia nullius eſſent vſus dimiſit: nouoq; Eluetiorū delectu aduentāte/primos qui miſſionem poſtulabāt perſolutis ſtipendijs ad ſuos permiſit redire/& ne interea dum Cæſariani Carolum Lanoium ſerius veniētem Mediolani nihil agentes expectant/ipſe quoq;

fruſtra tempus tereret: Rentiũ Cerrum cũ ſeptem mi-
libus Italorum peditum Aronam oppidum munitiſſi-
mum in finibus Verbani lacus proficiſci iubet: vbi An
chiſes Vicecomes Mediolanenſis cum militum præ-
ſidio pro Sfortia tũ bello q̃ pace imperabat: tunc͛ ad
famam appropinquantis hoſtis habuerat ſupplemen
tum mille & ducentorum peditum. Quamobrem li-
cet per triginta dies nunquã ceſſans Rentius tormen
tis arcem oppido imminẽtẽ quaſſauerit ſine q̃ oppidi
receptio nihil ꝑfutura erat ita vt ferreæ pilæ ſex mil-
le aduerſus mœnia excuſſæ fuerint: ac multoties iſtru
ctis ordinibus irruptio temptata ſit: tamen tanta ſem
per virtus fuit intus propugnantium: vt innumeris ſuo
rum cæſis Rentius re infecta abire coactus ſit. Inte-
rim Carolus Lanoius Papiam applicuit, ibidemq; ali
quot dies morã trahens, euocato ad ſe Morono poſtq̃
de rebus bellicis cõſilium habuiſſet Mediolanum ve
nire decreuit: quod antea diſtulerat: audire ſcilicet cu
piens quem Proſperi Valitudo exitum eſſet habitu-
ra, Nam iam octauum menſem nõ ſine propinati ve
neni ſiue amatorij medicamenti ſuſpitione grauiter
ægrotabat. Verum vbi mente iam prorſus alienata
paucos dies viuere poſſe cognouit: vrbẽ ingreſſus præ
ſtantiſſimum belli Ducem anteq̃ moreretur videre,
eiuſq; funeri intereſſe voluit: & vita functum cum M.
Antonio Columna nepote ex fratre in patriam ſepe-

lendũ ex teſtamento deferri curauit. Poſt hæc ne diu
tius bellum traheretur cum veneto oratore conſtituit:
vt venetus exercitus traiecto Abdua ſeſe Cæſareis co
pijs cõiungat/ſaltem quo tempore ſex millia Germa
norum peditum Mediolanum applicuerint: quos præ
ſenti pecunia adduci mandauerat. Agit etiã cum ora/
tore Clementis VII. qui pauloante ſummo cum oĩum
Italorum gaudio electus fuerat Põtifex vt equites ſub
Mantuano Eccleſiæ militantes exercitui Cæſareo ad
iungantur: vigintiq; aureorum milibus ab eo acceptis
per litteras & nuncios cũm Florentinis/Senenſibus &
Lucenſibus ſtatuit vt pecuniam ſecũdum fœdus ad ſe
mittant & ne belli diuturnitate nimis graue videretur
omnem conuentam pecuniam tradere/rem quoquo/
modo poteſt componit: ad id perſoluendum quod reli
qui erogare nollent Sfortiam Ducem coacturus: ita vt
ei preter portionem ex fœdere ſpectãtem neceſſe fue
rit ingentem pecuniæ ſummã tradere exercitui Cæſa
reo iamdudum pro exacti temporis ſtipendio debitã
anteq̃ Mediolano/vbi iam quintum agebat menſem
egrederetur. Qua in re incredibile eſt quantum Me/
diolanenſes ſemper ſe ſe promptos exhibuerint/tum
præcipua quadam Principis comitate/qua plurimũ
ad conciliandam hominum beniuolentiam poterat/
tum varijs artibus/& Moroni oratione ſæpe impulſi
ita vt bonorum depopulationes/exactiones pecũiæ/

Gallũ Nouariæ ex altera parte obſeſſum a comertio eorum qui Abbiagraſſi ſtabãt intercluderet: a quibus bonam comeatuũ partem ſumebat: eo Medicen ſe con ferre cum copijs iubet: expugnatoq; primum Ticini ponte/quem Gallus præſidio tenebat/ipſe in caſtra profectus: tormentis oppidi mœnia a ſolis ortu ad me ridie quatit. mox magno Mediolanenſis populi nume ro militaribus copijs adiuncto pugnæ ſignum dat: tan toq; animorum ardore oppidum oppugnatum eſt: vt quãuis intus pluſq̃ mille propugnatores tutarẽtur: tã men Mediolanẽſes per aggeres & foſſas aqua plenas muros tranſilirent: ita vt ſtatim captũ & direptũ oppi dum fuerit/hoſtes tum cœſi/tum vna cũ oppidanis capti: predaq; haud mediocris victorib9 contigit, quæ cauſam poſtmodum magnæ attulit calamitatis. Nam cum ob diuturnam militum in oppido ſtationem ex ni mio fœtore peſtis homines inuaſiſſet: prœda pleroſq; milites ĩfecit: & fere qſq; aliqd inde exportauerat pe ſte corripiebatur: atq; ita ea contagione paulopoſt to/ ta vrbs Mediolanẽſis infecta eſt: Expugnato Abbia/ graſſo Sfortia letus haud minima cum laude Mediola num redijt At Cæſariani qui non longe a Nouaria ca/ ſtra habebant/indies arctius Gallũ obſidebant: & ad empta cis Ticinum cõmeatus & auxilij facultate Elue tijs qui iam Eporediæ ad numerũ quinq; milium con uenerant viam ſeſe cum ijs qui Nouariæ erant coniun

gendi intercludere nitebantur: Sed Gallus militibus
& præſertim Eluetijs quos ſecũ habebat continua no
uem menſium militia iamdudum feſſus cupiebat bello
finem imponere:& trans alpes reuerti. Quare ſuis
Nouaria eductis inſtructa acie ad oppidũ Romagna/
num tendit certus ab Eporedia Eluetios vt ſe ſe cœte/
ris cõiungeret ad Seſiten fluuium proficiſci deſiderio
potius vt ſuos in patriã reducerent q̃ pro Gallis am/
plius pugnandi. Cæſariani cum venetis qui in vico Ma
riano erant cognita Gallorum profectione caſtra quã/
primũ mouent:confectoq; paſſuũ ſex miliũ itinere La
noius penes quem ſumma erat regendi exercitus vlte
rius nolebat progredi. Verum Carolus Burbonius q
re in Burgũdia male geſta in Italiam venerat:& vt ſuũ
in Cæſarem ſtudium & fidẽ magis declararet/ in ex/
ercitu & agendo & conſulendo nunq̃ defuerat:tantum
eo die itineris confici iubebat:vt in poſterum abeuntẽ
hoſtem formidinis plenum ad pugnam vel inuitũ poſ
ſent cogere. Atq; in hac Ducum altercatiõe Ammiral
dus nocte intempeſta motis caſtris/ ſub diei crepuſcu
lum iam aduentantibus ad vlteriorẽ ſeſites ripã Elue/
tijs qui Eporedia venerant/ipſe vado cũ exercitu flu/
uium tranſiuit. E cæſarianis quãuis pluſq̃ mille pedi/
tes non ſint inſecuti ſine vexillis: equiteſq; fere totidẽ
leuis armaturæ:tamen tantum terroris hoſti iam per/
culſo intulerunt:vt nemo reſiſtere auderet: Sed prout

qſq; magis poterat iter acceleraret: Capta ibidē ſunt
tormēta ſex bellica & q̄ plura ab hoſtibus relicta vexil
la: a ſcloppetariis coeſi ſunt Petrus Baiardus & Ioānes
Cabaneus equitū Ductores ipſe etiam Ammiraldus
eodem teli genere adeo graue in brachio uulnus ac/
cepit/vt lectica neceſſe fuerit illum in Galliam de/
ferre: neq; amplius præ nimio vulneris dolore in exer
citu potuerit obire munus imperatorium. Quare cete
ri Duces omni alia cura omiſſa incolumem in Galliam
exercitum reducere conantur: tormenta quia magnæ
eſſent molis/& per vallem cui Auguſta Prætoria no/
men dedit qua ipſi proficiſcebantur, carris traducen/
diſe iter nō erat in arte q̄dā nouem paſſuū milibus ab
vrbe Eporedia relinquunt. Marchio etiam Rothelini
vnus e Galliæ proceribus qui Seguſium vſq; cis alpes
auxilium Ammiraldo laturus cum quadringētis equi
tibus iam venerat/in Galliam reuertitur: At Cæſaria
ni Duces premiſſis tantum uelitibus/qui hoſtem ab
euntem ſequerentur & per eos receptis tormentis/q̄
Gallus cam grauioribus impedimentis reliquerat ad
oppidum (quod ſancta Agatha nuncupatur) conueni
unt: ibiq; quū prouiſor Venetus rempublicā ſuam Cæ
ſari ac Mediolanenſium Duci ſatiſfeciſſe diceret, iam
pulſis italia Gallis. illud etiam Cæſarianis expoſtu/
lantibus denegare non potuit/vt anteq̄ exercitum di/
mitteret/Laudem ciuitatem a Gallis occupatā libe/

raret:donec interea Daualus cũ hiſpano peditatu reci
peret Alexandriam:quam e Gallorũ manu Vitellius
romanus Adurnorum armis fruſtra aliquot menſes re
cuperare tentauerat. Ibi etiam in concilio Cæſariano/
rum Ducũ recitatæ ſunt litteræ Caroli Cæſaris/Hen
ricicꝫ Anglorum Regis/quorũ vtercꝫ pulſo iam Ita/
lia Gallo expeditionem in Galliam procurabat:ideocꝫ
Carolo Burbonio decernuntur ſexdecim peditum mi/
lia/equites mille/tormenta bellica quattuordecim:
Ipſecꝫ Lanoius Prorex eidem numerari iubet ducen/
ta aureorum milia:quæ Cæſar in Hiſpania mercatori
bus Genuenſibus numerauerat/vt Genuæ certo tem
pore redderentur Riccardus etiam Pacæus orator An
glicus magnam pecuniarum ſummam ad id bellũ Re
gis ſui nomine pollicetur. Per id tempus Motonus/vt
Mediolani quoties opus eſſet pecunia æquiore lance
exigeretur/decreuit cenſum longa temporum inter/
capedine antea nunquã renouatũ agere. Et quoniam
vrbs in ſex claſſes/quas vulgo portas vocant/diſtribu
ta eſt:ipſæcꝫ claſſes in centum circiter vicinias diuidun
tur:e qbus duo ciues ex prudẽtioribus rebus publicis
ſemper præfecti ſunt vocatis ipſis præfectis ad nouũ
cenſum agendum incũbit:extimatocꝫ fortunarũ oĩum
prætio actus eſt cenſus centies centenorũ millium au
reorum:quo vix conſtituto peſtis quæ poſt direptum
Abbiagraſſum anno poſt ceptum bellum quarto vrbẽ
inuaſerat

inualerat tantum accepit incremēti: vt Princeps in ar
ce ri Tricij: Moronus autem cū ſenatu & reliquis ma/
giſtratibus Moguntiā ſe recipere coacti fuerint: itaq̧
poſt modicū temporis contigit: vt neq̧ panis/neq̧ alia
ad victum neceſſaria Mediolani reperirentur: adeo vt
qui peſte infecti extra ciuitatem emiſſi fuerant/quo/
rum maximus erat numerus/quum ad eos cōmeatus
nec a ciuitate/nec aliunde ob peſtis timorem impor/
taretur/ſeditione facta vrbem ingreſſi ſint/omnia tu
multu armiſq̧ miſcentes: & niſi blanda quorundam ci
uium oratione ſedati ad ipſorum tabernacula nō lon/
ge ab vrbe poſita reuerſi eſſent/præter vim quam plu
rimis attuliſſent/miraculo potius adſcribi poterat q̄
diligentiæ/ſi quis a peſte incolumis euaſiſſet. Moro/
ni igitur iuſſu poſtmodum vicini ad vrbem in ſingu/
los dies cōmeatum adferebant: Princepſq̧ pauperum
rationem habens ex publico ſūptū eis ſubminiſtra
ri iubebat. Sed quanq̄ neceſſaria ad victum ex eo tem
pore non deeſſent: & pleriq̧ ſacco induti nudiſq̧ pedi
bus ſupplicationes per totam vrbem Dijs facientes ve
niam irarum cœleſtium fineq̧ peſti expoſcerent: nō ta
men niſi poſt quartum menſem vis morbi iminuta eſt:
quo tempore ſæpe contigit vt ſupra mille homines vni
us diei ſpatio vita defungerentur: adeo vt multitudine
morientium vix ſepulturæ eſſet cura. Mortui ſunt igi
tur peſte abſumpti e populo Mediolanēſi ſupra quin

quaginta hominū milia/præter eos qui in reliqua di/tione innumerabiles occubuerunt. Dum peſtis (vti diximus) in vrbe deſœuiret: Vrbinatū Dux cū exercitu veneto Laudem Pompeiam profectus Federicū Bozulum affinitate & fraterno amore ſibi iam multos ante annos deuinctū per tubicinem ad colloquiū euocat: docetq; nihil amplius ſpei in Gallo eſſe: qui iam alpes ſine armis & impedimentis transgreſſus erat: & idcirco ſatius eſſe ciuitatem reddere/ quum nihil aliud/ de auxilij ſperaret/ quam quid poſſet vis experiri: Quamobrem Federicus qui plane noſcebat ſe plus commodi Galliarum Regi afferre poſſe/ ſi duo milia & quingentos veteranos pedites in Galliam adduceret: qui regi magno vſui futuri erant: quam ſi fruſtra ciuitatem ad nullum præſentem vſum cuſtodiret: cum Vrbinate de vrbe reddenda pactum init accepta poteſtate cum militibus in Galliam edeundi. Per eoſdē etiam dies Buſſius/ qui Alexādriæ præerat, ſiue diffiſus vrbem poſſe tutari aduerſus ſtrenuum hoſtē & peritiſſimum belli Ducem: ſiue cœteris in Gallia Ciſalpina amiſſis locis ſuperfluum exiſtimauerit vnā vrbē Regi conſeruare cum Ferdinando Daualo de ea reſtituenda pariter paciſcitur/ ſi cum armis ac rebus ſuis in Galliam abire liceat. Atq; ita recepta Alexandria Buſſij milites cum Laudenſibus qui per id tempus di

ſceſſerant quinq; milium peditum numerum exple/
uere: ex quibus poſtea plus vtilitatis Rex nactus eſt
in bello Maſſilienſi/quam ſi non modo laudem vrbem
& Alexandriã ſed & totam Mediolanenſem ditionẽ
cuſtodiſſent: per eos enim effectum eſt vt Maſſilia ma
ritima Ciuitas valde bello opportuna contra Cæſaris
exercitum defenderetur. donec Rex equitatum ſuum
diuturno bello non ſolum feſſum ſed magna etiam ex
parte amiſſum inſtauraret: & nouũ ex Eluetijs ipſaq;
e Germania premijs pellectum peditatum colligeret:
quo fretus poſt quartum menſem non ſolum Cæſaria
nis ſe opponere/ſed ipſos etiam diſcedere coactos a
Maſſiliæ oppugnatione anteuertere/& in Italiã ipſe
proficiſci auſus eſt.

¶ Galeacij Capellæ de rebus geſtis pro
reſtitutione Franciſci II. Medio/
lanẽſiũ Ducis Liber quartus.

POſtquã Carolus Burbonius diu/
tius cum exercitu in Gallia ſtetiſ
ſet: neq; qdquã pfeciſſet in oppu/
gnatiõe Maſſiliæ redditus certior
neq; Cæſarẽ ab Hiſpãia/aut a Flã
dria: neq; Regẽ Anglicũ a North
manis in Galliã eo ãno arma laturũ

ſero cognoſcens ſe nimis arduam prouinciã ſumpſiſſe: ſtatuit in Italiam regredi. Quare maiora tormenta qa carris & vehiculis propter alpium difficultates iter nõ erat nauibus impoſita Genuã tranſmittit minora autem in fruſta cõminuta mulis vehenda imponit: vt ex eodem metallo ſi opus foret quũ in Inſubres veniſſet refici poſſent: At Rex ſex milibus Eluetiorum peditũ totidemq; Germanorũ/ac decem milibus tum ex Italia/tum e Gallia cõparatis/cataphractiſq; equitibus ad numerum duorũ milium/ac totidẽ ſagittariis equeſtribus comitatus: incredibili quodã recuperandæ Mediolanenſis ditionis deſiderio accenſus: nemini auſcultando qui ipſum ab huiuſmodi expeditione deterreret in Italiam quantis maximis potuit itineribus contendit: iam nõ alium q̃ ſe Ducem fore exercitui æquũ ducens: aliis quos delegiſſet Iam ter Italia pulſis: & qa ipſi itineri iam accincto Lodouica mater ſignificauerat conuenire eum ſe cupere/anteq̃ Alpes tranſiret: quũ alioqui ſemper illi fuiſſet obſequentiſſimus veritus/ne a ſuſcepta Prouincia filiũ pio quodam affectu dehortaretur/colloquium parentis reſpuit: & Cancellario Galliarum nõnulliſq; a ſecretis/qui alias Regi comites eſſe etiam extra Regnum proficiſcenti cõlueuerant/mandauit: vt cum matre ad gubernandam Galliam remanerent/donec ipſe bellum Mediolanẽſe cõfeciſſet: quod vt celerius fieret/ſtatuit Cæſarianos/

qui per Alpes littoreas magnis Itineribus in Inſubres reuertebanť:& iam duorũ dierum itinere anteibant non amplius inſequi: atq; ita ipſe Alpes Pœninas(recentiores montẽ Iuniperũ vocant)tranſiens iuxta Salutianorum fines ad occupandum Mediolani Imperiũ feſtinauit:Conatus Cæſarianos præuenire.In hoc rerum turbine Carolus Lanoius/ Qui totam æſtatem Haſtæ cõſumpſerat/iam bellũ proculdubio oriri ſentiens/litteris Sfortiam Ducẽ ſollicitat/vt Mediolanũ cõfeſtim redeat:quoniã propter peſtem quæ ſœuiſſime ea æſtate ciuitatẽ afflixerat/nõ ſolũ ipſe Princeps ſeceſſerat:Sed vniuerſi fere ciues ex vrbe diſceſſerant verũ Sfortia qui ex litteris regijs multoties per id tempus interceptis/& multorũ relatu cognouerat quãtis viribus Gallus in Italiam reuerteretur: quiq; res Cæſarianorum Maſſilienſi expeditione male tentata perculſas videbat:parum præſidij in eis ad ſuſtinendũ cõtra potentiſſimum Regem bellum exiſtimans : in tanto rerum diſcrimine malebat Mediolão abeſſe:q̃ abſq; militum præſidio accurrere ad vrbem:quæ prima hoſti obijceretur:& propterea Piſſleono/quo ſe iamdudũ cõtulerat/nõ abſcedere ſatius ducens/Moronum ad Lanoium Proregem mittit:vt vna quid agendum eſſet in bello decernerent:Interea iam prima Gallorũ acie/in q̃ Rex ipſe erat/cis Alpes traducta/cæteriſq; ſub ſequentibus quũ nullis ordinibus Cæſariani traiectis

alpibus in Italiam perueniſſent: Lanoius ne Mediola
nenſi ditione ab hoſte excluderetur / audiens Regem
iam Taurinum cum parte copiarũ aduenisſe Alexan/
driam cum militibus quos in Italia retinuerat ſe reci/
pit: Eodem etiam tempore Daualus cum Carolo Bur/
bonio Gallum adeo feſtinabat præuenire: vt quo die
Rex cum prima acie vercellas applicuit / ipſe Alba p
fectus Viqueriam Oppidum iuxta Padum (quod
quadraginta miliariorum ſpatium eſt) cum Hiſpãis/
atq; Italis peditibus / & cum Equitibus peruenerit: Itaq;
quum poſtero die omnes præterquam Germani Pa/
piam veniſſent: qui ſpacio tantum aberant itineris vni
us diei: cognitumq; eſſet Sfortiam adhuc eſſe Piſleo/
ni / & eo etiam Moronum / quoniam nihil præſidij in
populo Mediolanenſi ob hominum paucitatem repe
riſſet / ſe contuliſſe: Ipſi Lanoius / Burbonius / & Da/
ualus Sfortiam admonẽt: vt quamprimum Papiã vna
cum Morono ſe conferat ad defenſionem rerũ Medio
lanẽſium / quo res expoſtulauerit venturus: ipſeq; Da
ualus litteris manu ſua / vt efficaciores eſſent ad pſua/
dendum / conſcriptis / cõmemorat ſe viginti dies / toti
demq; noctes feſtinando a Maſſilia eo vſq; iter feciſſe:
vt rebus Cæſareis / & Sfortianis ſuppetias ferret: & ne
amitteretur parta toties contra Gallum gloria orareq;
propterea ne in tam neceſſaria defenſione ſibimet de/
eſſet: quum tot bellorum Duces / ipſeq; ſemper victor

exercitus/non ſolum opes:ſed animam etiam/& ſanguinem ipſum offerret pro rerum Mediolanenſium tutela: Quo nuncio veſpere accepto/quum ſub diei crepuſculum diſcedens Papiam veniſſet cum Aulicis/& magno Ciuium ſuorum numero/qui vndiq; vrbe efluxerant:ne Gallum contra quem ſepius arma ſumpſerant Mediolani viderent Imperantem: offendit Duces Exercitumq; omnem Papia diſceſſiſſe: exceptis dũtaxat Germanis peditibus:qui pauloante eo applicuerant: At Sfortia/& Moronus nihil differẽdum rati:& ſi de via feſſi non ſolum homines/ſed Iumenta etiam eſſent:nullo aſſũpto cibo ſtatim Mediolanũ greſſum dirigunt:vixq; duo miliaria prætergreſſi erant: quum Ferdinandus Caſtriota/qui tormẽtis/& machinis adducendis præerat/præmiſſis aliquot ex Equitib9 ſuis Sfortiam pone venientem admonet:magnas Gallorũ copias tam pedeſtres/q̃ Equeſtres/poſtquam Cæſarianus Exercitus Binaſcum fuiſſet prætergreſſus/aduenīſſe:nocteq; proxima maiorem partem Exercitus hoſtium cis flumen Ticinum eſſe profectã:& propterea ſe occluſa via cum tormentis Papiam reuerti:atq; ita Dux Caſtriotæ mõitis regreſſus a Prorege/& Cæteris Ceſarianis Ducibus qui Mediolanum venerant fruſtra expectatus maximã de ſe male cogitandi occaſionẽ dedit. Nam quũ neq; vallum vrbis refectũ offendiſſent neq; farinam ad panẽ conficiẽdum/aut ligno

rum copiã in ciuitate eſſe cognouiſſent: pœnituit eos
cœpti conſilij Principe pſertim & Morono abſentibus
quorum ſtudio ſuperioribus in bellis totum populum
habuerant obſequentiſſimum. Itaq; neſcire eo tẽpore
vnde foſſores ad reficiendos aggeres & muniẽda mœ
nia & inſtrumenta ad opus faciendum aſſumerent: &
in tanta rerum difficultate iam Gallis cis ticinũ caſtra
metantibus/ incertis rumoribus ferebatur Sfortiam
& Moronum cum Gallo conſentire contra Cæſarem:
eaq; rõne in tãto belli motu Mediolão abfuiſſe. Qua
re oib9 exercitus Cæſarei Ducibus mãdatur: vt in ſe/
quentem diem copias inſtruant quo decretũ fuerit p/
fecturi: Gallus autem qui omnem ſpem victoriæ in ce
leritate poſuerat: inſtructis ordinibus Mediolano ap/
propinquabat. Qd ſentiẽtes Cæſariani præcepto per
omnes vrbis regiones cõfeſtim facto milites exire &
via Laudenſi iter facere iubent: vixq; Daualus qui in
ultimis ante portam ſtabat/ut inſtructo ordine/& ſi/
ne fugæ ſpecie progrederentur/porta Romana egreſ
ſus erat. quũ per Ticinẽſem & Vercellenſem Gallicus
exercitus ingreſſus eſt: q ſi eo die relicto Mediolano
inſeqbat Cæſarianos Vltimus ille dies bello gentiq;
fuiſſet. Nullius enim erat operæ hoſtem abiectis ma
gna ex parte armis amiſſiſq; eqs tã lõgo itinere fatiga
tum ad internitionẽ cædere uel turpiter abeuntẽ com
pellere in pceps. Sed nimia Regis (ut credit) potiũdi

Mediolãi cupiditas / in cuius oppugnatiõe duob9 ſu
perionb9 bellis eius Duces fruſtra tot mẽſes incubue
rãt / ipm̃ hoc ꝓuidere nõ ꝑmiſit: q tñ oĩ tpe clemẽtiſſi
mus nihil hoſtile in ciuitate fieri voluit: quin paucos
ꝑter eos q arcẽ obſeſſuri erãt ciuitatẽ introire paſſus:
ipſe ne eam quidem viderevoluit quoniam nisi cõfe
cto bello muris ſe tenere haud decorũ eſſe exiſtiabat
Interea cũ amiſſe vrbis nunciũ Sfortia accepiſſet: reli
ctis Papiæ qnq; Germanorũ peditũ milib9: vna cum
Morono / & magna Mediolanẽſiũ caterua ſcdo Padi
Fluminæ Cremonã ire ꝑgit veritus id qđ paulopoſt cõ
tigit / Regẽ cũ exercitu ad oppugnãdã Papiã primũ
venturũ: vt eam ciuitatẽ: & tormenta bellica q̃ oĩa ibi
Cæſariani habebãt in poteſtatẽ redigeret. Quod An
tonius Leua q in vrbe cũ Germanis & aliquot Hiſpa
nis militib9 remãſerat: ita fore haud dubitãs: excubias
ſtatiõeſq; militũ circũ mœnia diſponit: molas ẽt frumẽ
tarias q̃ manuũ opa farinã cõficerẽt / q̃plures q̃ta ma
xime poteſt celeritate parari iubet: ne cis tranſq; Ti
cinũ a Gallo obſeſſus oĩbuſq; molis q̃ plurimæ in flu
uio erant / excluſus panis penuria laboraret: deligit
quoq; nõnullos Papiẽſes: q triticũ vinũ / & reliquũ cõ
meatũ in vrbe deſcriberẽt: & qa militib9 ſtipẽdiũ vnde
daret nõ habebat: ipſos a ciuib9 ali voluit / ſumptibus
iuxta cuiuſq; facultates æqualiter diſtributis. Atq; vt
plurimis belli neceſſitatib9 qbus pecũia opus erat nõ

deeſſet: ſacro pphanoq; argēto paſſim collecto, monetā excuſit, in qua ad poſterorū memoriā Signatū fuit CAESARIANI PAPIAE OBSESSI. M.D.XXIIII. Interea Lanoius relicto in vrbe Laude pſidio, in Cremonenſem agrū ſe cōtulit ſtatimq; Moronū cuius induſtriā, & promptitudinē in ſupiore bello cognouerat ad ſe p lr̃as euocauit, & cū illo cōgreſſus perſpexit antea ſe & de Duce & de ipſo diuerſi cōſilij nefas iniuria ſuſpicatū eſſe. Auditaq; ibi Regis ad oppugnandā Papiā pfectione: cōuocatis ducibus aliq Germanū peditatū minus aptū exiſtimabāt ad ferēdā obſidionem nec ſine ſtipēdio q̄uis a ciuibus alerenť credebant militiæ onus laturos: & idcirco duomilia Italorū peditū q Alexādriæ ſubſtiterāt, ea vrbe tanq̄ minus oportuna derelicta Papiā euocari ſuadebāt. Sed poſtremo vicit melior ſentētia ſero ſcilicet pedites Alexādria venturos: minuſq; eſſe conueniens, eam ciuitatē deſerere q̄ iter Genuā & inde in Hiſpaniam eſſet: pſertim quū a Gallo iam cis Ticinū pfecto minime timēdū foret: vt magnas vires adduceret ad illam oppugnandā. Quare eo enixius operā eſſe dādā ne Papia eo tēpore amitterenť: quæ facile in fide cōtineri poſſet. Illud etiā multo magis eſſe aduertendū, ſi Germani inde educantur vt ex alia natione imponať pſidiū ipſos iuſtā iraſcēdi cauſam habituros, qđ eis minime Duces cōfidere viderenť hoieſq; ſuſpicioſos & iracūdos fortaſſe ciuita-

tem hoſti eſſe traditurosꝫ ppterea cum nulla niſi in Germãis vrbis defendẽdæ ſpes reliq̃ eſſet:decernũt eis Papiæ dimiſſis exercitũ q̃primũ inſtaurãdũ augẽdũq; eſſe nouo Germão peditatu:ad quẽ cõducẽdũ Lanoius pro rex cũ pecunijs certos hoĩes miſerat. Iniunctũ eſt inſuper Ferdinãdo Daualovt adiũcto ſecũ Morono cũ hiſpano peditatu Laudẽ Põpeiam cõtineat tanq̃ vrbẽ maxĩe oportunã ad bellũ & ad inſtruẽdũ exercitũ propter fluuiũ Abduã vltra quẽ oĩa paccata erant:ne ſi forte Gallus eo diuertiſſet nõ ſolũ Papiæ obſeſſis ſuccurrendi/vbi ſupplementũ ex Germania aduenerit oportunitas amitteret. Sed tota etiã tranſabduana ora/& Cremonẽſis ager in hoſtis poteſtatẽ pueniret. Interim Rex admotis tormentis Papiæ muros pluribus in locis quaſſare/mox inſtructa acie/q̃ magis mœnia diruta erant/milites foſſas tranſire/& murũ aſcendere iubet. Sed acriter Germanis/& alijs qui intus erant repugnantibus/nõ ſine multorũ cœde Gallicus exercitus repellit. Itaq; vim fruſtra expertus Ticinũ fluuiũ q ſupra Ciuitatẽ in duo ſcindit cornua/alteroq; tantũ ciuitatẽ alluit/aggeribus in alueo factis tentat diuertere:ſed vbi iam imẽnſos in opẽ feciſſet ſumptus:tãtæ de Cælo deciderũt Pluuiæ/vt nimia aquarum vi tota moles corrueret:Quamobrẽ obſeſſi Cæſariani ab ea parte qua Fluuius pterlabit/foſſa præalta/& vallo murũ q tenuis admodũ erat/cõfeſtim reparant:ita vt

ſi hoſtes(quod deinde euenit)iterū Fluuium diuertiſ
ſet/poſſent nō minus ab ea parte q̄ ab alijs aduerſus
Exercitū Gallicū ſe ſe tueri Verū Rex q totis uiribus
totoq; anīo erat intētus/nō ſolū Cæſarianos ditiōe Me
diolanēſi/Sed ēt Regno Neapolitano expellere: cum
Clemēte VII.Pōtifice agit p̄ Albertū Carpēſiū Prin/
cipē Oratorē ſuū& Ioānē Mattheū Gibertū ipſiꝰ Pon.
Datariū/Qui ad ſe in Caſtra venerat:ut ſecū in grām
redeat poſtpoſitis odijs/q̄ Leōis X.tp̄e exorta erant:
eorūq; hortatu Ioannē Scotū Albaniæ Ducē cū decē
milibꝰ peditū/& ſexcētis Eq̄tibus/ac cū Rentio Cer
ro/& magna urſinorū caterua mittit ad inuadēdū re/
gnū Neapolitanū:ſimulq; dat opam:ut magna ſulphu
rei pulueris/& Ferrearum pilarum ſumma in tormen
torum uſus ab Alphōſo Eſtēſi Ferrariēſium Duce tra
dita p̄ milites q Padū cū Albāiæ Duce trāſierant ad ſe
adducerēt: p̄ſertim qa Lanoius & Daualꝰ cognita Gal
lorū trās Padū p̄fectiōe/relicto in urbe Laude medico
p̄ſidio ad impediēdum hoſtium conatum cum omni
Exercitus robore Padum tranſibant Quum.n.Regē
hmōi rerum apparatu plurimū egere audiuiſſent:exi
ſtimabant ob id ſolū Gallicas copias Padū trāſiſſe:nec
ueriſimile putabāt Mediolanēſi impfecta expeditiōe
Gallos Neapolitanū(qđ uarijs rumoribꝰ iā ferebāt)
aggredi:Itaq; quū Mōticellā Cæſariāi applicuiſſēt op
pidū trās Padū.Placētiā uerſus qnq; milibꝰ paſſiuū a

Cremona ſitum/Florentiam ſe ſe poſtero die confer/re decreuerant/niſi per leuis armaturæ Equites qui/dam Regis Cubicularius:& alter Amanuenſis Albaniæ Ducis captiui in caſtra fuiſſent adducti: ex quib9 cognouere Gallos qui trans Padũ profecti erant a Rege admonitos fuiſſe/vt omni ſtudio niterentur hoſtem a Padi ripa q̃ maxime adducere: vt quũ pcul abeſſet/ipſe poſſet armatis aliquot nauibus(quũ breui itine/re Papia Cremonã/ſecũdũ fluuij curſum tẽdatur)pontem occupare/quẽ Cæſariani paulo ſupra Cremonã inſtruxerant.atq; ita hoſtibus Pado excluſis totã ipſe ne mine repugnante ditionẽ Mediolanenſem facilius adipiſceretur.Quod haud difficile factu perſpiciẽtes Cæſariani/Monticelli ſe ſe continent: præſertimq; qd̃ Regi & eius copijs ſe minus pares ſperabant/cum rebus cæteris/tum pecunia/quæ ſegniter a Cæſare ſubminiſtrabat̃:& Romanus Pontifex& Florẽtina reſpublica vt in ſuperioribus bellis conſueuerant nõ ſolum non iuuabant ſed iam aperte fauebant Gallo:& nun/cijs ac litteris Pontifex hortabatur vt Lanoius relicta ciſalpina Gallia cum exercitu in Neapolitanũ Regnũ reuerteretur pollicitus Regem mutato conſilio ab expeditione Neapolis temperaturum.Neq; ſolum Pontificiæ & Florentinæ pecuniæ deerãt: Sed ab ipſa etiã Neapoli/& a Duce Mediolanenſi/cui fere ſola Cre/mona relinquebatur/ne minimam quidem partem

eius q̃ fuiſſet vſui in tãto bello pcipe poterat: ita vt ne
ceſſe fore pſpiceret ſtipẽdij defectũ nõ mõ exercitum
augeri nõ poſſe/ Sed breui diſſolutũ iri. Nõ parũ etiã
angebat qd Veneti Cæſari ſupiore ãno fœdere cõiun
cti ex pacto debitas auxiliares copias mittere tergi/
uerſabant neq; oratores q Cæſaris Frãciſciq; Sforciæ
noie crebro venetias & ad vrbini Ducẽ ppterea mitte
bant/ qdq̃ pficiebãt: Id ſcilicet effecerat timor poten/
tiſſimi Regis aduerſus quẽ pugnãdo maius in ſe odiũ
nolebãt cõcitare: & maxime et illos mouebat ſuſpitio
non ab re ante cõcepta/ ne ſi forte Cæſariãi aduerſus
Gallũ victores extitiſſent/ eiecto Sfortia Mediolanẽ/
ſe Imperiũ ipſi occuparẽt: qd valde eos angebat ne vi/
cinũ tã potentẽ habere cogerent: a quo haud ignora
bant ipſorum reipublicæ maxĩe timẽdũ eſſe. Quare
Carolus Lanoius eiuſq; cõſiliarij cõditiõibus opa Pon
tificis a Rege acceptis: relictis Inſubribus cũ exercitu
in Neapolitanũ Regnũ reuerti optimũ eſſe affirma/
bãt: idq; pculdubio feciſſent: niſi Daualus q & rei mili
taris ſciẽtia: & magnanimitate facile prĩas partes in ex
ercitu obtinebat: ac etiã Hieronymus Moronus ſum/
mam turpitudinẽ eſſe pdicaſſent additis nup ſexmili
bus Germanorũ peditũ totidẽq; paulopoſt in auxiliũ
venturis/ de diſceſſu tũ differere æquũ de pugna co/
gitãdũ eſſe: affirmãtes niſi fruſtra tẽpus teratur/ ex/
ercitũ Cæſari addictiſſimũ: & tam longo ſtipẽdio di/

ratum poſſe aliquot adhuc dies exiguã pecũia conti/
nentnodo Germanis nuper adductis non deſit vnde
ſe ſe alere poſſint:nec provirili Sfortiam Ducẽ impræ
ſens(vt antea ſemper fecit)defuturum:Cuius exem/
plo debere Proregem non modo Neapoli quantã ma
xime poſſit pecuniam cogere. Sed priuata etiam vaſa
aurea & argentea ipſum & reliquos Duces pro ſuſti/
nendo bello conferre: Quæ ſententia quum viciſſet
omnes cis Padum regreſſi Laudẽ Pompeiam profi/
ciſcuntur: materiamq; omnem tormentariam ad Re/
gem deferri permittunt:Atq; vt contra exercitum ho
ſtilem ſi Neapolim peteret/non deeſſet præſidiũ La
noius Honoratum Caietanũ vnum e primoribus qui
apud ſe eſſent Neapolim mittit:ac p proceres & prin/
cipes Regni Neapolitani equites pediteſq; deligi mã
dat ad vim repellendam.Ipſe interea Daualus qui ma
iore ſpe bellum moliebatur/animoq; iam conceperat
cũ ipſo Rege belli fortunã/vbi Germani omnes adue
niſſent/experiri:ne quid ſibi a tergo relinqueretur:cũ
omnibus fere copijs pergit ad Caſſiani arcem ſupra
Abduã recipiendam quam Galli primis belli diebus
occupauerant: admotiſq; tormentis vbi nullum pro/
pugnatores auxilium mitti ſenſerunt : vitam tan/
tum incolumem paciſcentes/ relictis armis impe/
dimentiſq; omnibus ex pacto ad ſuos reuertuntur:
magnuſq; tum Gallos qui Mediolani ſtabant inuaſit

timor:ne ad vrbem occupandam Cæſariani pergerent. Quodquidem ſemper diſſuaſerat Moronus/ tum ne adducto ad vrbem exercitu hoſteq; repugnante pulcherrima ciuitas vaſtaretur: tum ne Hiſpanus miles occaſionem nactus non ante ciuitate ſi ea potiri contigiſſet vellet excedere q̃ ſtipendium iamdudum debitum acciperet. Quare præſidio arci in deditionem acceptæ impoſito ad ciuitatẽ Laudẽ omnes reuerſi ſunt: ibiq; ex litteris Antonij Leuæ cognouerũt Germanos Papiæ obſeſſos pecuniam efflagitare/ minitariq; ciuitatem hoſti tradere/ niſi ſtipendium penderetur. Daualus igitur & Moronus q̃bus victoriæ nanciſcẽdæ maior cura inerat/ quũ neq; præſentem haberent pecuniam neq; fieri poſſet vt eo tempore etiam ſi affuiſſet Papiam deportaretur: vafrefacto Germanos quietos reddere ſtatuunt: duos itaq; homines deligũt fide & induſtria præditos qui cũ equis uino onuſtis cõferant ſe ſe in caſtra regia: triaq; milia aureorũ in paruo uaſe occluſa reponunt in grandiore uaſe uinario. Quamobrem ubi Papiæ erãt propiora hoſtis caſtra tabernaculũ ponunt tanquã uinum uenditurĩ. Interea litteris ignotis caracteribus ſcriptis Antõius Leua in urbe de rotare edocetur qui extẽplo ab ea partæ qua ſignum datum erat complures milites ad leue præliũ emittit: dumq; acrĩ et in caſtris ad arma conclamatur: tabernaculaq; & tentoria tolluntur ob hoſtiũ timorẽ:

alter

alter ex iiſ qui deferendæ in vrbem pecuniæ prouin/ciam ſumpſerat fracto vaſe vinario & arrepta pecunia inter tumultum elapſus Papiam ingreditur: & ad Antonium Leuam adductus/ſignificat ſe pecuniam portaſſe/non vt Germanis omnibus ſatiſfieri poſſet: Sed vt Ducum/qui foris exercitum gubernabant/ſatiſfaciendi ſtudium perſpicerent: ſimulq; intelligerēt/quā to cum diſcrimine illud quicquid erat pecuniæ attuliſſet: Daualiq; ac Cæterorū Ducū nomine obſecrat/ne in tam diuturno bello/quod tanto ſumptu ſuſtinetur: amittēdæ pecuniæ auctores eſſe velint. Germanus miles/qui nuncium dicere/ac Daualum vera ſcribere cognoſcebat ſeditionem non modo compreſſit iam excitatam: Sed vſq; ad belli exitum a petēdo etiam ſtipendio abſtinuit. Per eoſdem etiam dies Præfectus Germanorum Papiæ moritur ex acuta febre/vel vt multi exiſtimauere incerto veneno: quū haud mediocris ineſſet ſuſpicio/illum cum Rege ad prodendam Ciuitatem conſentire: & ne tumultus inter milites excitaret ſi aut in iudicium vocatus fuiſſet/aut violenter trucidaretur/tutius conſilium nonnulli captum fuiſſe affirmarunt illum de medio ea via tollere. Interea cum e Germania ſex inſuper peditum milia Laudem Pompeiam aduenirent: & perſæpe ipſum Lanoium Neapolim reuerti volentem Daualus tandem cōſilium mutare coegiſſet: Moronuſq; Cremona tantum pecūiæ attuliſſet

quantum ſatis eſſet ad Equitatum hybernis mouēdū & aduerſus hoſtē deducendū/quātūq; ad prouidēdū ſufficeret/vt Operarij tormentorū apparatus/Funes & Ferramenta cum reliquis belli miniſterijs non de/eſſent:ipſe Daualus Cui a Carolo Lanoio totum onus belli gerendi propter magnam rerum omnium difficul tatem relinquebatur/vt miro ardore flagrabat ímor/talem ſibi gloriam comparare/ita omnia ad bellū ne/ceſſaria Morono ſtrenuam operam impendente præ/parat:Duceſq; & Cohortium Centuriões hortatur ad proſequendū bellum & neceſſariū & glorioſum:quūq; omnes ferme bene animatos agnouiſſet: cõuocatis Hi ſpanis peditibus a qbus ſummopere colebatur: & in quorū promptitudine/& militandi peritia maximā vi ctoriæ repoſuerat ſpem/ſuggeſtū aſcēdēs:vt facile ab oībus audiri poſſet in hāc ſententiā orationem habuit Niſi vos hactenus Cõmilitones agnouiſſem q̄cūq; bel lorū diſcrimina gloriæ vſæ/& Cæſarei noīs amplifica tioni poſthabuiſſe/ꝑfecto abſq; ſtipendio aduerſus hoſtē educere poſſe nõ cõfiderē:Sed quū animaduer/to Eoſdē vos eſſe:q ꝓximis ānis Gallū Mediolāo non modo fortiter expuliſtis:Sed etiā cū magna copiarum multítudine reuerſum acie ꝓfligaſtis:& tādē Italia coe giſtis turpiter abſcedere: bonæ ſpei plenus timorem oēm Abijcio:certāq; victoriā veſtra virtute fretus mihi polliceri poſſe uideor. Quin Regē ipſum/q nūc ad/

ſit/nõ maiores vires ad bellũ afferre/ſed ſi victus fue rit plus pdæ allaturũ exiſtio:atq3 illũ in Italiã hoc tpe deſcẽdiſſe veriſimile eſt:qa ſuis iam ter inde pulſis ni/ hil vltra cõfidat:tãtoq3 facilius eũ vinci poſſe arbitror/ quãto nimio animi ardore vno eodẽq3 tẽpore & Papiã vrbẽ munitiſſimã fruſtra tres mẽſes oppugnet: & ex/ ercitus partẽ ad tentandũ regnũ Neapolitanũ mittat: quaſi copias noſtras ad hũc diẽ ſemp inuictas cõtem/ nat:quia penuria rei nummariæ paululum laboremus Quod qdẽ vos minime mouere debet/q tot ãnos Cæ ſaris auſpicijs militaſtis/& licet aliquãdo ſera tamen debita,ſemp ſtipẽdia retuliſtis:q̃ neq3 hoc tpe amitte tis certiſſimis pauloante nuntijs admoniti/ in Hiſpã niã ingentẽ auri ſummã mercatoribus Genuenſib9 nu meratã eſſe q paulopoſt quæſtoribus exercitus in ve/ ſtrũ vſum danda ſit. Quod ſi de amittẽdo ſtipẽdio nõ nulli fortaſſe timent:nihil huiuſmodi niſi hoſte victo/ re metuẽdũ eſt.quoniam vobis victoribus ab oĩbus Ita liæ & Galliæ locis pecũia minime defutura eſt victo/ riãq3 e mãibus noſtris vix elabi poſſe arbitror ſi in aciẽ deſcẽdere/& paucos dies ſtipẽdiorũ ſolutionẽ expe/ ctare uolueritis:tot hoſtib9 deuictis tot ciuitatibus & oppidis expugnatis aliquãdo ditari. Iam hoſtis nõ am plius duorũ dierũ itinere abeſt: breui poſſimus(modo ipſi nõ detrectaueritis)manũ cũ eo cõſerere/cui & nu mero & fortitudine pſtamus.Nec vereor ut Rex ex obſti

nato quodã animo nunq̃ ſe Papia abſceſſurũ niſi ea re cepta ꝑdicat:qn etiã uiribus inferior/ne obſeſſis opẽ ferri patiat̃ ad pugnã deſcenſurus ſit.Q d ſi forte præ ter multorũ opinionẽ nõ ꝓſtiterit:tamẽ æquũ eſt eos q Papiæ incluſi ſunt:& pro ſalute reliq exercitus ſe ſe iam tertiũ mẽſem obſideri patiunt̃ liberare/maxime etiã glorioſum cogere potentiſſimũ Regẽ ad relinquẽ dam iãdiu cœptã obſidionẽ.Cæterũ tantũ mihi deſide riũ cũ ipſo dimicãdi quotidie ſuggerit̃ ut iam(ſi ſors pugnã obtulerit)ſpei plenus ſim illũ nullo modo ma/ nus nr̃as euaſurũ:gloriãq; & nomẽ Cæſaris ac ueſtrũ adeo auctũ iri:ut nõ mõ toti Italiæ & Galliæ formidã/ dũ ſit ſed leges ẽt ĩponere debeat.Audita Dauali hor/ tatiõe quũ nõ ſolũ Duces/ſed milites etiã ſeſe alacres exhibuiſſent ad pugnã:offerrẽtq; quoties iuſſiſſet cõ/ tra hoſtẽ exire:paratoſq; fore dies triginta ſtipẽdij ſo/ lutionẽ ꝓrogare:Germanũ peditatũ etiã admonet:ut parte ſtipendij accepta/quo cibaria in caſtris emere poſſent reliquũ expectare ne grauent̃/qđ ubi antea ab Hiſpanis promiſſum fuiſſe audiuerunt/pariter ſe ſe idem facturos pollicentur.Reliquum igitur erat id etiã Equitibus ꝑſuadere:qui iam multo ante ſtipẽdiũ nõ acceperant:& difficiliores ad id faciendũ uidebant̃ Quare ad diuerſa Glaræabduæ/& Cremonẽſis ditio nis loca/ubi hiberna agebãt Daualus ꝓfectus/eis ꝑ/ ſuaſit ut parte ſtipẽdii accepta/ꝑ idẽ tp̃s/qđ Hiſpani

militeſ promiſerant/&' ipſi militare non abnuerent. Atq; ita rebus cũ Exercitu conſtitutis Cæſariani hye/me nondum exacta Melignanum primum profecti ſunt: vt Mediolano ad decem milia paſſuum propin/qui animaduerterent/an Galli metu vrbem eſſent de ſerturi: Sed poſtquã cognitum eſt nulla ſigna timoris edere mutato conſilio ad expugnandum Opidũ ſan cti Angeli reuertuntur: quod ferme medium eſt inter Laudem vrbem/& Papiam: neq; id ab re: nam niſi eo expugnato a Ciuitate Laude vbi qui cõmeatum addu cebant frequentes conueniebant quotidie/nulla fer/me cibaria ad exercitũ deferri potuiſſent: Erant' autẽ in Opido pedites Itali octingenti cum ducentis Equi/tibus ſub Pyrrho Gonzaga & pauloante Rex hoſtiũ aduentum timens Iacobum Cabaneum & Federicum ipſius Pyrrhi fratrem eo miſerat vt perſpicerent/an Opidum aduerſus' hoſtem ſatis munitũ eſſet:'& qua les militum animi viderentur: Regiq; retulerãt omnia diligenter prouiſa eſſe: Sed Daualus diſpoſitis tormen tis/vt primum mœnia luſtrauit ad Moronũ/qui pedi bus ægrotus in Vrbe Laude ſubſtiterat/'ſcripſit: ſe in poſterum diem tormentorum vi Opidum quaſſaturũ oppugnaturum/atq; expugnaturum:'reſq; litteras cõ probauit: proſtrat s enim aliquot ſpeculis e qbus Pro pugnatores tela:& ſcloppos emittebant: omnes q præ ſidio intus erãt/relicta murorũ defenſione intra Arcẽ

ſe ſe recipiunt: tunc Daualus cum paucis militibus in foſſam (aqua enim licet profunda eſſet carebat) deſcẽſus ab Hiſpano Centurione/ qui Lapidum fragmenta manibus apprehendens/ pileum rubrum Lancea paulo ſupra muri altitudinem eleuari iubet: de in apprehenſum puerũ toto capite ſupra murũ extollit: quũq; nemo in eũ eiacularetur/ oppidi defenſores aufugiſſe exiſtimás hiſpáus ſaltu in murũ euadit: Hũc ſtatim inſecutus eſt ipſe Daualus Quamobrem admirati milites non ſolum Ducis prudentiã/ Sed etiam magnanimitatem per muros introire in Opidum pergunt donec per ingreſſos recluſa porta aditus omnibus patefactus eſt: Nec maiorem defenſionem/ qui in arcẽ cõfugerant fecere: quin ſtatim omnes ſe ſe Daualo tradiderunt/ quos equis tãtum armiſq; demptis/ exceptis eorum Ducibus/ incolumes cum veſtimentis abire p miſit/ ea conditione/ vt trans Adbuam ſe ſe reciperẽt: nec niſi poſt exactum menſem contra Cæſaris Exercitum rurſus militarent. Quo effectũ eſt vt eo die præter adeptam gloriam/ haud mediocrem etiam beniuolentiam hoſtium Daualus ſibi conciliarit: Igitur Rex expugnatione ſancti Angeli audita/ quum Cæſarianos aduerſum ſe q̃ primum profecturos minime dubitaret: ne (qđ initio nullo modo facere ſtatuerat) ab obſidione Papiẽſi recedere cogeretur: omnes copias præter paucas: quæ trans Ticinum ad continendos in fide

populorum animos intra oppida hyemabant/ in vnũ contrahit:& vt obſeſſis auxilium ferri prohiberet/in valle quadam quam Vernacula riuus perfluuit/exercitum collocat ab ea parte/qua Cæſariani venturi erãt Atq; vt tutior contra hoſtem foret/ iamdudum Ioãnẽ Medicẽ cum tribus peditũ milibus:& trecentis Equitibus conduxerat Sfortiæ infenſum:quod ab eo cuius ſtipendiis hactenus militauerat/dũ Romæ ipſe eſſet & bellum a Gallis iam gereretur acriter/non requireretur:Multos etiam alios ductores Italici generis ſollicitat:& præſertim Guidum Rangonem Mutinenſem magni nominis virum/& Franciſcum eius Fratrem:ac præcipue Ioãnem Ludouicum Palauicinum]: qui & ſi in Gallum ob ſupplicium Manfredi Fratris aliquãdiu male animatus fuiſſet:Tamen vt contra Saluiatorum familiam/& Ioannem Medicem/ quorum inimicitiã ob Pontificis affinitatem timebat/ præſidium firmũ pararet/poſtquam pecuniarũ inopia a Franciſco Sfortia/& Cæſarianis militum Præfecturam habere non potuit/quinquaginta equitum Ductorem/ & peditũ Præfectum ſe Regi requirenti obtulit. Euocati etiam á Rege ſunt duo mille Pedites Itali/ Maſſilia nuper Saonam ꝓfecti/vbi ſuperiore æſtate pro eius vrbis defenſione ſub Rentio Cerro militauerãt: Sed dum prope Flumen Vrbæ in Agrum Alexandrinum peruenifſent.Gaſpar Maynus Mediolanẽſis:qui ab initio belli

cum mille, & ſeptingentis peditibus Alexandriæ tu-
tandæ præfectus fuerat, cum parua militũ manu vrbe
egreſſus illos de via feſſos, nihilq; tale cogitãtes offen
dit: atq; animoſe in hoſtes facto Impetu, poſtquã pau
lulum ſubſtitiſſent, fugat: fugienteſq; inſequitur vſq;
ad oppidum Caſtellatium vnaq; ingreſſus, paucis eo
rum cæſis cæteri ſeſe dedidere: At Maynus eorum ar
mis, equiſq; militibus ſuis cõceſſis omnes Incolumes
præter duos centuriones dimiſit, & non paruam inde
retulit laudem captis præſertim in ea pugna decem et
ſeptem vexillis. Per id etiam tempus quũ in caſtris re
giis militarent peditum Chriſonum circiter ſex milia:
Ioannes Iacobus Medices Mediolanẽſis q arcis Muſſi
iuxta Larium Lacum præfecturam gerebat, vafre fa
cto illos a Galli auxilio ita reuocare egreſſus eſt. Cla-
uẽna oppidũ eſt ſupra lacus caput a Rhetis poſſeſſum
vbi ars ſupra collem ſtabat, a domibus quæ in oppido
frequentes ſunt ſatis longo interuallo diſtans: qua dũ
prefectus nihil tale ſuſpicatus forte egreſſus eſſet a
Medicis militibus, qui nõ longe ab arce inter quaſdã
rupes occulti ſtabant in inſidiis comprehẽditur: accer
ſitaq; ad portam præfecti vxor timens coniugi, quem
milites ſtrictis gladiis occidere minitabantur, niſi ſta
tim arcem traderet illos intromittit. Atq; ita Medices
accepto a ſuis peracti facinoris ſigno cum trecentis pe
ditibus quos propinquos iam adduxerat p arcem in-

greſſus oppidum in poteſtatem redigit: ac q̄primum tumultu in locis vicinis excitato non ſolum Chriſones qui domi erant/in armis fuerunt: Sed eos etiam q cū Rege apud Papiam militabant: per litteras reuocarunt:& vbi non profecerunt litteræ: bonorum & vitæ proſcriptionem minati omnes in patriam reuerti quā primum iuſſere Quod quidem Regi plurimum ob fuit, Nam quū tam prope caſtra hoſtiū haberet/quantum lapidis eſſet iactus/diſceſſus ſex milium fortiſſimorum peditum præter attenuationē exercitus ceterorum etiam fregit animos: Iamq; vincēdi totam ſpem duabus tantum in rebus Rex poſuerat vnam ſcilicet in hoſtium rei pecuniariæ inopia quæ tanta erat vt Germanis peditibus ſingulis ſeptem diebus dimidium numeri aurei daretur: quo vix panem emere poſſent: & Hiſpani pedites tranſacto tempore quo abſq; ſtipēdio in caſtris permanere/Daualo polliciti fuerant: iniuſſu Ducum paſſim prædam querentes abirēt: neq; in caſtra niſi magna cum difficultate reuocarentur: ita vt ad eos continendos neceſſe fuerit tantā tritici & vini ſummam ſingulis eorum cohortibus dare/ quantum ſeſe abſq; carne aut aliquo obſonij genere alere poſſent/ quod nequaq̄ tamen fieri potuiſſet: niſi Moronus euentura multo ante proſpiciens Caſtellum caſtris propinquum in quod magna vini & frugum ſumma ex proximioribus villis cōuecta fuerat/ne a militibus diripe/

retur magna diligentia ſeruari curaſſet. Altera ſuper/
erat ſpes in iis copiis quas iam delegerat. Palauicinus
cui Rex mandauerat vt Cremonam modico Sfortiano
rum præſidio munitam occupare niteretur: & q̃ maxi
me poſſet cõmeatũ qui inde ad hoſtiũ caſtra deferreba
tur impediret. Quamobrem ille confeſtim cis Padum
cum peditibus duobus milibus/& quadringẽtis Equi
tibus profectus Caſale maius ingreditur: & quia nul
la mœnia Opidum cingebant, Carris/Vaſis Vi/
nariis/Cratibus Aggeribuſq;, vt commodius poteſt.
Opidum firmat: mox Equitibus Viatores/& Collo
nos villarum deterrere/& populari cœpit: Quapro/
pter Sfortia/Qui Cremonæ ſubſtiterat magnis an/
xius curis ægre a Ciuibus/Qui iam multa Tributa
contulerant/tantum æris exigit/quantum ſatis eſſet
ad pedites mille quadringentos continendos: quos cũ
paucis Equitibus ſub Rodulpho Varano Camerinẽſi
militantibus/& cum leuis armaturæ turma ad corpo/
ris ſui cuſtodiam antea parata Alexandro Bentiuolo
Bononienſi parere iubet. Qui vel hoſte numero infe
rior q̃primum ad Opidum Caſalemaius contendit
tanquã oppugnationem pararet. Pallauicinus igitur
& ſi propediem Franciſcum Rangonem Mutinenſem
cum Peditum & Equitum manu venturum ad ſe non
ignoraret: tamen parum ſibi/Sfortianis impræſentia
timendum ratus/cum copiis ad pugnã egreſſus. Equi

tes Bentiuoli primum in fugamvertit. Sed vbi Sfortiãi omnes obuiã Palauicino iuerũt: mãuſq; miſceri cæptæ ſunt/& Bentiuoli/& militũ eius fortitudine, paulſper qui cum Palauicino erant/pedem retro ferunt/donec ipſe quam maxime enixus ſuis animos addere in Sfortianos impetu facto Equo excuſſus viuus in hoſtiũ venit poteſtatem: Atq; ita fuga vndiq; exoritur/& Sfortiani hoſtes inſecuti vna Opidum ingrediuntur: Capti per multi ex hoſtibus fuere: plures tamen diuerſa in loca abierant/neq; vllo poſtea in loco ſedem firmarunt: Magnã laudem huius pugnæ ſucceſſu Bentiuolus retulit: tantumq; præſidij rebus Cæſaris/& Sfortianis attuliſſe viſus eſt: vt Franciſcus ipſe Sfortia tum primum bene de toto bello ſperare cœperit: ipſiq; Cæſariani Duces magna lætitia ex tam felici euẽtu affecti ſunt. Imprimiſq; Daualus nihil cogitabat niſi quomodo cum Rege abſq; loci incõmodo congredi poſſet Sperans quemadmodũ leuibus prœlijs/& ipſe: & reliqui qui Cæſari fauebant quoties hoſtem offendiſſent ſuperiores extiterant ita etiam ſi tota acie decertaret/victor euadere: Eiuſq; erat ſtudium per diẽ plures horas in equo eſſe: & caſtra hoſtium circum quaq; luſtrare: vt quo in loco Eluetij in quo Itali pedites ſtationem agerent vbi equitatus moraretur/vbi tormẽta eſſent hoſtilia/non minus ipſe q̃ hoſtis ſciret: foſſas etiam agrorum/vias/exitus/Ingreſſuſq; omnes via/

rum propinquos optime callebat. Noctu vero multo/
ties ad arma hoſtem excitabat: & modo a fronte modo
a latere vrgens aliquando integras cohortes cecidit.
Quo effectum erat vt formidabilis Cæſarianus exer
citus Gallo iam eſſet: optimeq; conſulere videbať Al/
bertus Carpenſis qui Romæ Pontificis nomine certos
nuncios ad Regem mittebat/ vt omnino decertandi
occaſionem vitaret exercitumq; ita cõmuniret vt neceſ/
ſitate adductus cogi nõ poſſet ad pugnam. breui enim
fore vt exercitus hoſtilis pecuniæ defectu diſſolueret
At Rex & ſi vera amicum ſuadere cognoſceret: & ma
gno ſuo incõmodo pauloante Ioannes Medices idem
belli ſciẽtiſſimus/ atq; audaciſſimus in leui p̃lio ſclop/
po iuxta pedis talũ vulneratus fuiſſet ita/ vt præ effra
cti oſſis dolore Placentiam naue ſeceſſiſſet: tamen ma
gno ſibi dedecori fore exiſtimans/ ſi Papienſem obſi/
dionem ob timorem intermitteret: minime eos audie/
bat qui inde diſcedere cõſulebant. Cæterum Daualus
qui exercitum ſuum eo videbat adductum/ vt niſi ce/
lerem reportaret victoriam paulopoſt inde diſceden/
di neceſſitatem eſſet habiturus euocatiſq; in caſtra mi
litibus qui aberant/ ac rebus omnibus ad pugnã para
tis ex omniũ ducũ ſententia media nocte caſtra mo/
uit equitũq; duas, peditũ autẽ quattuor acies ĩſtruxit
quarũ primã ex duobus milibus Germanorũ totidẽq;
hiſpanis admixtis Italis conſtituit: Secundam ex ſolo

hiſpano peditatu / tertiã & quartam ex Germano: Q uũqꝫ Rex exercitum omnem inter caſtra Cæſariana & Papiam haberet a frõte / a tergo / & a ſiniſtro latere præaltis foſſis & vallo caſtra munierat: a dextro autem muro Parci papienſis ſe tutum eſſe credebat: præſertim quoniam intra palatium Mirabellum nuncupatum: vbi antiquitus Duces Mediolanenſes quũ venationi darent operã habitare ſoliti erãt / nõnullas equitum turmas & peditum cohortes diſpoſuiſſet. Sed daualus inſtructo exercitu per fabros lapidarios militũ etiam auxilio ſexaginta muri paſſus tanto ſilentio ꝓſtrauit vt ſtrepitus / ab hoſte nuſquam fuerit auditus itaqꝫ cum Parcum ingreſſus eſſet prima peditũ acies cui Alphõſus Daualus Vaſti Ammonis Marchio præerat Mirabellum / reliquum vero exercitus ad Regia caſtra contendit: quo factum eſt vt confeſtim ad arma in exercitu Gallico conclamaretur At Rex cuius caſtra ſuperioribus noctibus aliquot in locis ab Hiſpãis infeſtata fuerant: ſuſpicatus fortaſſe Cæſarianos Mirabellum proficiſci: propterea quod intra Parcum hoſtes veniſſe pleriqꝫ renuntiarent / ſuis ſtatim opem ferre decreuit: Iuſſis igitur militibus arma capere caſtrorum relicta munitione Cæſarianis æquo loco pugnandi fecit poteſtatem: & quũ primum agmen Hiſpanorũ obiuã habuiſſet: a ſcloppetariis qbus plurimũ ea gens valet / Gallorũ primi / multa cædæ & ſãguine cogunt

retrocedere;donec Eluetij pedites equitatuſq; a late/ re vrgens Hiſpanos repellunt: Sed ſubſecuti Germa/ ni in cuneatam frontē aciem porrigentes Eluetios poſt magnam illatam cædem profligant. Tum Rex magno equitum cataphractorum numero ſtipatus pugnam ingreſſus ſuos a fuga compeſcere q̃ maxime enititur/ verum poſtquam paululum pugnauit/ equo grauiter icto effuſus a quinq; Cæſarianis militibus nōdum illis notus capitur: ſtatimq; Lanoius qui caſu eo aduenerat corporis proceritatem/ & armorum pulchritudinē mi ratus ipſum iam ſe qui eſſet palam ferentem in pote/ ſtatem recipit. Eodem etiam tempore Alphonſus Da ualus cū prīa acie equites Gallicos q Mirabelli ſubſti terant ſternit: & Antōius Leua cū Germano pedita/ tu Papia egreſſus Gallos a tergo cedebat: donec fuga vndiq; cœpta nemo amplius e tanto exercitu reſiſtere auderet. Sed omnes quibus primus impetus vitam nō ademerat ſe ſe captiuos reddunt: ita vt præter poſtre/ mam equitum aciem cui Carolus Dux Alanconij Re gis Sororius præerat/ & qui ſtatim conſerta manu cū tota acie prælio ſe ſubtraxerat/ pauci ex aliis qui ſup fuere Cæſarianorum manus euaſerint. Cecidere in ea pugna/ tum ferro/ tum fugientes Ticino ſummerſi ex Gallorum exercitu ſupra octo hominum milia eq; pri moribus totius Galliæ circiter viginti: inter quos fue/ runt Gulielmus Gōfierius Ammiraldus Thomas Fu

ſius & Iacobus Cabāneus Magiſtri equitū(Galli Ma reſcallos vocāt)Lodouicus Tremellius Burgūdiæ præ fectus,Galeacius Sanſeuerinus ab armis eqſq; ipſius Regis magnus ſcutifer nūcupatus &alij q̄plures.Rex ipſe captus cum reliquis fere exercitus Ducibus.Ex Cæſarianis vix ſeptingenti defuerunt:nemoq; e Duci bus præterq̄ Fernādus Caſtriota deſideratus eſt tan/ tumq; præde totus exercitus/& precipue Hiſpani/ tum e caſtrorum direptione tum e captiuis congeſſe/ runt:vt preter ſummam laudē & gloriā ſibi compara/ tam/potentiſſimo Rege capto/& deletis eius copijs ac recuperato Mediolanenſi imperio nulli vnquam in Italia milites ditiores effecti ſint.

Galeacij Capellæ de rebus geſtis pro reſtitutione Franciſci II.Mediolanenſiū Ducis Liber qntus.

PRofligato ad Ticinum Gallorum Exercitu/ captoq; Eorum Rege:Duo potiſſimum impe dimentum attulerunt quominus Carolus La noius victricia ſigna inferret in Galliam: quam tanta accepta clade omni nudatam præſidio reperijſſet vnū quod ſine pecunia non poterat;nouū bellum parari al tetum quod niſi explorato Cæſaris animo tam arduā prouinciam aggredi haud æquū ducebat. Accedebat præterea/quod Regis captiuitate maximas cōtrouer

ſias:quæ inter duos Chriſtianorum Potentiſſ. Princi
pes variis de Cauſis obortæ alias fuerant/ ſedari tum
poſſe ſperabat. Quare Cæſarem q̄primum de victo/
ria Certiorem facit:quo autem id celerius fieret/ Re
gem ad ſcribendum litteras ad Matrem hortatus eſt/
quibus rogabat vt nuncii in Hiſpaniam proficiſcētes
& inde etiã redituri tuto iter agere poſſent fore enim
vt id ſibi magnopere proficeret apud Carolum Prore/
gem:Cuius auctoritate/&gratia preterq̄ qđ captiuus
commode acceptus erat:Sperabat etiam a Cæſare li/
bertatem adipiſci. Quod non ſolum poſcenti vltro cō
ceſſit Mater:Sed nuncio etiam properanti alias ipſa
dedit litteras:quibus Cæſarē obſecrabat/vt humane
conditionis eſſet memor. Fieri enim poſſe/ vt manſue
tudinis/& Clementiæ gratiam aliquando acciperet:
Atq; id illi haud difficile fuit exorare. Nam Cæſar vt
in Italia debellatum/& Regem captiuũ eſſe intelle/
xit animũ ad pacē extemplo adiecit: neq; ob tam in/
ſignem victoriã vllum lætitie edidit ſignum:ſed tantũ
ſupplicationibus gratias egit Diis Immortalibus: q
ſibi rerum in Italia Componendarum tam facilē viam
aperuiſſent:ſimulq; Lanoio per litteras mandat vt Re
gis animum/& loquendo & Conſulendo ad id ipſum
hortaretur. Interea Lanoius accepta a Franciſco Sfor/
tia Piſſeonenſi arce Regem cuſtodiendum eo adducit
poſtmodum Papiam reuerſus quum magnũ ſibi onus
incumbere

incumberet tot ſtipendiorū militibus perſoluēdorum magnam exercitus partem in Placentinum & Parmenſem ac etiam Regienſem agrum ire præcipit: ea rōne Clementē Pontificē & Alphonſum Ferrarienſiū Ducem adducturus vt pecuniā in Exercitus vſum erogarent: Legatū ēt venetū admonet reipu. ſuæ pſtare perſuadeat quod impenſæ amplius in bellū factum erat pro militibus/quos veneti in auxilium mittere tenebantur/cum ipſe in augendo exercitu eam rationem habuerit/vt numerū eorū expleret/qui ab eis mitti ex fœdere debuiſſent. Atq; tātus iam erat in Italia Cæſarianorum metus/vt paucis diebus/ Clemens Pont. Centum viginti quinq; aureorum milia: & Alphonſus Eſtenſis quinquaginta numerarint/ne hoſtium loco haberentur: Veneti etiam auri ſignati octingenta pondo polliciti ſint, Sed dum Lanoius ſpe cōſequendæ maioris ſūmæ moras nectit: īmutatā illorū repperit volūtatē. Nā niſi renouato fœdere: & fide ipſius Cæſaris accepta Lanoio credere haud ſatis tutum exiſtimabāt. Per eoſdē ēt dies pecuniæ/quæ iādudū in Hiſpania a Cæſare mercatorib9 Genuēſibus numeratæ fuerāt. Quæſtoribus in Italia redduntur: Quod vero reliqui in ſtipēdia Exercitus debebatur/id omne Sfortiæ Duci neceſſe fuit pſoluere: ut tot milites q nō mō Oppida/& villas paſſim vaſtabāt ſed ītra Vrbē populatum oia venire minabant a ceruicib9 Populorū deiiceret: atq; ita

in Haſtenſem & Salutianum agrum/ac in Taurinos exonerata huiuſmodi procella. Mediolanenſes ingēti periculo liberati videbantur: niſi idem Lanoius: qui ſuperiore bello a Cæſare Mediolanenſis Ducatus diploma Sfortiæ cōceſſum accepiſſe palam dixerat: quo Italos Principes certiores redderet ab ipſo Cæſare Mōarchiam non affectari/ipſius Iuſſu mille & Ducenta aureorū milia poſtulaſſet/vt Sfortia iuſtis Ducatus Titulis inſigniretur: Neq; propterea Ditionē Mediolanenſem a Cæſare vendi aiebat: qui maiorē tam in ea defendenda quam in adipiſcenda impenſam feciſſet. Cæterum quum id grauius onus q̃ quod ferri poſſet, videretur haud imprudenter reſponſum fuit Sfortiā propediem Legatos ad Cæſarem miſſurum: vt quo ſtatu res Inſubrum eſſent/certior redderetur: neq; vereri quin multa de Lanoij poſtulatis detraheret: Atq; ita in aliud tēpus re huiuſmodi dilata Lanoius Piſleonū ſeceſſit: vbi Franciſcus Galliarum Rex magna cura in Arce cuſtodiebatur: cūq; crebris cum eo colloquijs multa de Cæſaris benignitate quotidie polliceretur: magnam ſpem Regi iniecit/vt ſi cum Cæſare congredi poſſet æquis pacis cōditionibus in libertatem reſtitueretur. Et propterea Lanoium obſecrabat/vt in Hiſpaniam potius q̃ Neapolim, quo ſibi proficiſcendum eſſe antea audierat/adduceretur. Neq; ad id minus intentus erat Lanoius q̃ppe q & magna præmia & haud

minorem gloriā ſibi ſperaret cōparare:ſi ipſius opera inter duos adeo potentes.Eoſdemq; infenſiſſimos Reges finis imponeretur ſimultatibus:Quamobrē Regi perſuadet/vt iter in Hiſpaniam a Gallis tutū reddat ꝑptereaq; Anna Memoranſi Dominus vnus e purpuratis regijs ad Lodouicam matrem : cui ſtatim audita Regis captiuitate Regni procuratiorem Gallia omnis demandauerat/ire pergit/Eiuſq; iuſſu deductis e Portu Maſſiliēſi ſex Triremibus/fideq; ab ea accepta Lanoium cum Rege profectum/ad Portū Delphini viginti paſſuū milibus Orientē verſus a Genua offendit:Cumq; in illum vſq; diem non modo palam/Sed & cum Ducibus ipſoq; Carolo Burbonio/& Ferdinādo Daualo ſemper dixiſſet ſe Regē Neapolim adducturum:tunc conuerſo ad occidētem itinere cum decēmet &ſeptē Triremibus in Hiſpaniam ire properat:Accepto nūcio Lanoiū cū Rege in Hiſpaniā ad Cæſarē proficiſci recōciliationē inter eos tractari/nemo amplius dubitauit.Quare in animos italorū principum ſtatim irrepſit opinio Italiæ Monarchiam a Cæſare affectari:Regiſq; libertate ingentem queri pecuniæ ſummā: atq; ita Cæſari facile fore. Qui Regnū Neapolitanū poſſideret/& in Inſubribus victorē haberet. Exercitū alias Italiæ vrbes : & loca in poteſtatem redigere/ab alijs pecuniam extorquere:quæ placerēt diripere:Militū hoſpitia pro libito in Oppidis/& ciuitatibus di/

ſtribuere. Quo metũ perculſi Clemens Pontifex & Veneta Reſpu. crebris litteris & legationibus hinc inde miſſis conſilium inire ceperunt, qua potiſſimũ via huiuſmodi coniunctionem impedirent: nihilq; magis conducere viſum eſt, q̃ Lodouicam Regis matrẽ Italicis viribus in ſpem filij liberandi inducere: Sed ad id peragendum cenſebant oportere Galliam Italiæ eſſe paccatam. Fore enim vt Cæſar rebus ſuis metueret, ſi inter ſe conſentientes tot Principes perſpiceret: quorũ auxilio potius q̃ ꝓprijs viribus ſupiora confeciſſet bella, Exiſtimabantq; Sfortiam Mediolani Ducem, vt ditionem ſuam onere Cæſarianorum militum, liberaret una cum eis conſenſurum: præſertim quum iamdudum a Cæſare inſignia: & iuſti Ducatus tituli nõ niſi duriſſimis conditionibus promitterẽtur: Atq; ut hmõi coniunctione facilior Italiæ foret defenſio per Hieronymum Moronum temptant Ferdinandum Daualum a Cæſaris obſequio diuertere: magnaq; propterea polli centur præmia, primum ſcilicet totius Italicæ militiæ Ducatum: Neapolitaniq; Regni Scœptrum quod nõ modo cõmuni Principum ſumptu adipiſci. Sed etiam tutari, ſi opus fuerit, pollicentur: Quod cum non abnuere Daualus uideretur, modo ſine dedecore & ꝓditionis ſpecie facere liceret, iuris Ciuilis, & Pontificij auctoritate demonſtrare nituntur Neapolianum Ciuem: qđ ius eius ditiõis ad Romanam Eccleſiã ſpectet

non poſſe ſolum a quocunq; alio, abſq; ignominiæ aut defectionis nota/ vt Ro. Eccleſiæ adhereat deſciſcere: verũ ẽt ad parendum Pontificijs mandatis obligari: atq; ita cum in ipſorum ſententiã tranſiſſe illum exiſtimaſſent: Sigiſmundum Alberti Carpẽſium Principis a ſecretis deligunt: quẽ in Galliam mittant ad fœdus cum Italis Principibus tractãdum: verũ ſeu q in itinere interceptus eo nõ peruenerit/ ſeu q Rex in Hiſpaniam traiectus maluerit pace quam bello de libertate ſua cum Cæſare agi Galli non vt antea Italici fœderis cupidi videbantur Q uinimo vt filio captiuo Lodouica mater morem gereret Margaritam filiam ex morte Caroli Alanconij Ducis pauloante relictam viduã in Hiſpaniam vna cum legatis mittere non recuſauit. Q uod quidem factum eſt in obſequium Cæſaris qui iam animo agitabat Heliodorã ſororem ſuam/ quam Carolo Burbonio ſuperius pollicitam retulimus Franciſco Regi ipſius autẽ Regis ſororem Burbonio in matrimonium tradere. Atq; ita illum in Ducatum quo ob ſecutas ipſius partes fuerat expulſus/ reſtituere. Cum ergo Legati in Hiſpaniam applicuiſſent: inducias primum ſex menſium fecerunt: quibus Carolo Burbonio iter tutum ex Italia ad Hiſpaniam pateret: mox cũ ad conditiones: pro Regis libertate allatas deuentũ eſſet Cæſarq; qbuſcunq; Italiæ Iuribus: necnon etiam iuri: Q uod ſenatus Pariſienſis in prouocatiõibus Flãdriæ

iam dudum obtinebat:ac imprimis Burgundiæ renũ/
ciari a Gallo vellet:Legati inter cœtera mandatũ ha/
bere ſignificant/ne particulã: qdem Tranſalpini Re
gni cederent:Cumq; aliter:Cæſaris animus ad Pacem
haud inclinaret: vna cum Regis Sorore, q̃ Caroli Bur
bonij nuptias cõfeſſim aſpnata fuerat:in Galliã re infe
cta rediere. Quãobrem Rex:qui recuperãdæ Liber
tatis non paruam ſpem in ea Legatione poſuerat/ani
mo cõſternatus in aduerſam valitudinẽ incidit: & niſi
Cæſar ægrotum viſitaſſet: bonoq; iuſſiſſet eſſe animo
in magno verſabatur vitæ diſcrimine/Sed Cæſaris Co
mitas,renouataq; ex illius Oratione libertatis ſpes/
breui hominem ad priſtinam reduxit incolumitatem:
idq; maxime vt ſperaret præſtabant nuncij Qui ſæ/
pe ad illũ veniebant/clamq; ſignificabãt quotidie Cæ
ſarem a ſuis in Italia moneri:vt pacem Gallicam hone
ſtis conditionibus non aſpernaretur:neq; ſineret Gal/
los Italis iungi periculum enim iminere: ne diſſoluto
Exercitu/q rei pecuniariæ inopia diutius cõtineri nõ
poterat nõ modo eius authoritas in Italia: Sed regnũ
etiam Neapolitanũ in diſcrimen adduceretur. Atq; ita
ſero coactum iri quomodocunq; pacem a Gallo accipe
re:q̃ in preſentia maiore cõmodo dare poſſet: Quæ
cum veri ſimilitudinem habere viderẽtur/valdeq; Ca
roli Imperatoris animum mouerent:illud etiam magis
mouit:quod Ferdinandus Daualus quæcunq; in Ita/

lia aduerſus Cæſarē agitata eſſent per certum nunciū patefecit:nec de ſe male amplius permiſit ſuſpicari nā antea & Antonij Leuæ;& Ferdinandi Marini Exercitus Quæſtoris Lſæ multa a Principibus Italiæ haud e re Cæſaris tractari ſignificauerant:nec poterant plerīqꝫ nō admirari/quod Daualus/cui totius Exercitus demandata erat cura in tanto negocio nihil ſcriberet: Incertum autem eſt/an ad id impulſus fuerit:ſiue qđ Franciſco Sfortia in grauiorem valitudinem & in ſummum vitæ diſcrimen ꝑter ſpem redacto maluerit ipſe ſi illi mori contigiſſet:præeſſe Inſubribus q̄ cum maiore periculo maiorem dignitatem querere:ſiue qđ eo animo ſimulauerit ſe Cæſari iratum/ſuamqꝫ aduerſus illū operā petentibus non negauerit:vt Aduerſariorū conſilia itelligeret atqꝫ ita eorum conatus facilius poſſet infringere:Patefacta igitur principum Italorū cōiuratione Cæſar ſtatim Daualo reſcripſit:vt quoquo modo ei melius videretur: prouideret ne qđ res ſuæ detrimenti acciperent:Itaqꝫ Daualus retracto ex Taurinis Exercitu/vbi per æſtatē ſtatiua habuerat Mediolanum verſus præter oīum ſpem venit: & quāprimum Nouariam applicuit/per litteras Hieronymū Moronum ad ſe euocat/qui vt erat callido ingenio/& in indagandis hominum conſilijs perſpicax nōnullis rumoribus edoctus ei parum fidebat:Sed cum Daualus nihil non fuiſſet pollicitus vt ad ſe venire non recuſaret,

Moronus ſperans virum famæ & honoris cupidiſſi/
num nunquã adductũ iri: vt cõtra datam fidẽ qcq̃ ma/
li in ſe pſertim amiciſſimũ moliret̃ Nouariã vẽit: mul
taq; cũ illo collocutus dũ diſceſſum parat: Antõio Le
ua ita iubẽte a militibus cõprehẽditur: quo nuncio cõ
ſternatus Frãciſcus Sfortia Iacobum Philippũ Saccũ
Iureconſultũ ad Daualũ mittit/ vt ſuam erga Carolũ
Cæſarẽ voluntatẽ/ & obſeruantiã declararet. Sed quo
niam Moronus vel ea potiſſimũ ratione cõiectus erat
in carcerem: ne hominis ingẽium qđ ipſi multoties ali
as vſui fuerat impreſentia officeret: iiſdẽ artibus qbus
Moronum / ad ſe traxerat: benigne / & comiter acce/
ptum Oratorem ad hortandum Principem pellexit:
vt Ciuitates / & munitiora loca Cæſaris noĩe cuſtodiẽ
da traderet: fore enim ut cognito eius animo atq; erga
Cæſareã Maieſtatẽ promptitudine/ & fide/ ſedatis
ſuſpitiõib9/ q̃ nõ temere de Põtifice/ & venetis in di
es ſuboriebant̃ / ptinus reſtituerentur gratiorq; Prin
ceps efficeretur Cæſari. Quæ qdẽ & ſi grauiora eẽt q̃
vt tã facile deberẽt cõcedi: Tñ & ut magis declararet
Impiũ / qđ a Cæſare acceptũ habere ſemp præ ſe tule
rat paratũ ad eius utilitates reddere: & ne tantã in ſe
Cæſarianorũ vim cõcitaret: quũ omnia ab Italiæ Pri/
cipibus adhuc imparata eſſent: præter Mediolanẽſem
Cremonẽſemq; Arces / q̃s ad Corporis ſui tã male ex
longa ægrotatione cõfecti cuſtodiã reſeruauit reliquã
totius ditionis loca / ac Ciuitates Daualo cõceſſit/ ſi/

dereq̃ haud minus īnocētia/& benignitate Cæſaris/ q̃ Dauali pollicitatiōibus videbat̃:q ſe nil preterea innouaturū nō ſemel affirmauerat:Sed Principē ſtatim fefellit opinio:Nā Daualus q̃primū munita loca præſidio firmauit/cū valida Germanorū/& Hiſpanorum peditū manu/ac nōnullis equitibus ad vrbē greſſum dirigit:nemineq̃ aduerſante diſtributis intra priuatas domos militū hoſpitijs extēplo ſibi poſtulat Arcē dedi:res ꝑfecto haud æqua/ut iam nō id agi videretur/ quo rebus Cæſareis cōſultū eſſet:Sed vt Princeps cauſa incognita nō mō Ducatu.ſed etiā libertate ſpoliaretur/ſero itaq̃ Sfortia agnoſcēs ſe nimiā Dauali verbis fidē adhibuiſſe paſſus eſt ſe potius obſidione cingi:q̃ Dauali animū in ſe amplius experiri:Interea Carolus Cæſar/q ob ea quæ Mediolani agitabant̃ plane cognoſcebat/quāto magis a ſe Principū Italorum animi quottidie alienarent̃:ſatius Duxit cōditiones a Rege captiuo oblatas nō aſpernari/q̃ anſam relinquere/vt Lodouica ei⁹ Mater Clemēti Pōtifici atq̃ Italiæ Principib⁹ iūgeret̃/pſertim quū poſt īfectā cū Legatis in Hiſpania pacē fœdus cū Henrico Angliæ Rege a Gallis renouatū eſſet:atq̃ ad id incitabat/qđ Rex libertatis deſiderio Burgūdiæ cedere pollicebat̃/dicebatq̃ ſe effecturū/vt tota Gallia poſtq̃ in regnū eſſet profectus cōſenſum pbere haud abnueret:quib⁹ pmiſſionib⁹ fret⁹ Impator pleriſq̃ eius Cōſiliarijs maxīe Carolo Lanoio:& Henrico Nauſonis Comite ita ſuadēti

bus, fœdus ita cũ Rege ictũ eſt: vt Gallus Iuri ſuo cui
cũq; in Italia cæderet: Senatũ Pariſiẽſem a Flãdriæ ꝓ
uocatiõib⁹ abdicaret: Burgũdiã relaxaret: vtq; ipſi ad
ſumẽdã Impij Coronã in Italiã vẽturo Peditũ ſexmilia
Eqtes Cataphractos ſexcentos cũ totidẽ Sagittarijs
pẽſo in ſemeſtre ſtipẽdio in auxiliũ ꝑberet / proq; ijs
obſeruãdis / & dõec Libertate adepta ꝓmiſſa denuo ſi
bi rata eſſe iuraret: filios duos natu maiores daret ob/
ſides: vtq; Pax firmior / & fœdus arctius iũgeret, Hẽ/
liodorã ei⁹ Sororẽ viduã in mrimõiũ acciperet. Ex q̃ ſi fi
lios cõtingeret naſci / Burgundiæ Duces eos efficere
Cæſar pollicebat: Atq; ita firmata Pace minus iam re
bus Italiæ ſibi timẽdũ exiſtimãs Põtifici haud auſcul
tabat quottidie ꝓ reſtitutiõe Frãciſci Sfortiæ oranti:
neq; culpã trãſſerebat in Daualũ: quẽ ille oĩum aduer
ſus Cæſarẽ agitatorũ reũ arguebat quũ patefactis ab
eo aduerſarioꝝ cõſilijs / de fide ipſi⁹ dubitare icõueniẽs
videret. Itaq; cũ nulla a Cæſare refulgeret ſpes Sfor/
tiæ liberãdi / ſtatim Pontifex & Veneti animũ ad Re
gẽ Galliarũ cõciliãdũ adiecerũt: quẽ eo animo fœdus
cũ Cæſare exiſtimabãt pcuſſiſſe / vt libertate adepta
cãm q̃reret nõ ſeruãdæ pacis: Propterea ad eũ in Galli
as mittũt gratulatũ ꝓ accepta incolũitate, & ad ſuos op
tatiſſimo reditu / mandataq; legatis ꝑbẽt fœderis pcu
tiẽdi qđ poſtmodũ initũ eſt his cõditiõib⁹ / vt Gallus
oĩ ditiõe Italiæ excepta dũtaxat Haſtẽſi Ciuitate ce/
dat: quotannis aũt ꝓ Frãciſcũ Sfortiã ei pẽdant qnqua

ginta aureorũ milia ipſumq̃ nõ ſolũ Mediolanẽſe im-
periũ poſſidere patiat̃: Sed ẽt vna cũ Põtifice & Vene
tis teneat̃ cõi ſũptu in paternũ Impiũ reſtituere. Q̄ď
vero ad Neapolitanũ Regnũ attineret eligẽdũ eẽ Re
gẽ, q ſeptuaginta aureorũ milia in ſingulos ãnos Gal
liarũ Regi ploluerit: huiuſcemodiq; tributis cõtẽtum
eſſe debere: Exercitũ quoq; p Põtificẽ & venetos para
ri tãto Eqtatu peditatuq; tũ Italico, tum ex Eluetijs vt
Cæſariãis eſſet ſupior, ſuſtẽtãdoſq; ſtipẽdiorum ſum
ptus, dõec penitus exercitus Cæſarianus Italia pelle
ret. Quo fœdere ita firmato, vt belli gerẽdi Põtifex
iuſtã habere cãm demõſtraret ad Cæſarẽ in hæc fer-
me verba lr̃as dedit. Nõ opus eſſe arbitramur lõgo ſer
mone ad demõſtrãdũ quo ſtudio qbuſue curis & actio
nib9 a nr̃i Põtificatus initio tũ pacẽ cõem totius Chri
ſtiãi nominis, tũ priuatim tuã nobiſcũ cõiũctionẽ pro
curauerimus. Sũt enim omnia acta cogitataq; nr̃a tibi
æque nota ac nobis. Illud vero ſilẽtio pterire nõ poſſu
mus, nihil nos vnq̃ prætermiſiſſe q̄d vel ad boni paſto
ris erga vniuerſum gregẽ officiũ vel priuatim ad fide-
lis amici animũ erga te ptineret: cuius tñ volũtatis atq;
amoris erga te nr̃i eũ ſumus exitũ cõſecuti: vt repulſi a
bẽiuolẽtia & cõiunctiõe tua ſemp fuerimus. Quocir
ca ad ea cõſilia a qb9 & natura & uoluntate omni tpe
abhorruimus, neceſſario ſumus cõpulſi, licet ſerius q̃
& rerum indignitas & honoris nr̃i publiciq; cõmodi rõ

poſtulabat Iam.n.patiētia nr̃a ad negligētiā rerū publi
carum conuertebat᷑/niſi tādē arma caperemus/quæ
& Iuſtitiæ & Italiæ libertati/& nobis ipſis p̄ſidio eēnt
Et enim ut cās breuiter attingamns/q̄bus adacti ſu/
mus ita facere Meminiſſe potes anteq̄ ad pōtificiā di
gnitatē aſſumeremur/nos ſummopere tibi addictos
fuiſſe:&quo rerū tuarum is exitus eſſet quē tu te opta
bas/neq; laboribus neq; periculis aut impēſis nos pe
perciſſe,& poſtq̄ ad Pontificatus honorē uocati fui/
mus/tuiq; hoſtes magnas in Italia copias haberent/
& ſi pro dignitate abſtinendum nobis ab armis opere
pretium fuiſſet tamen ne te tuaq; negotia impedita re
linqueremus/nō ſolum Florētinorum auxilia/Sed Ro
manæ etiam eccleſiæ copias in tuis ſubſidijs & caſtris
verſari permiſimus:nec pecunias ceſſauimus tuis ſup
peditare/donec depulſum illud p̄iculum fuerit. Q đ
ſi idem poſtea in ſeq̄nti bello/q̄d ad Ticinum cōfectū
eſt nō preſtitimus id non uoluntati noſtræ erga te im
minutæ/Sed pontificatus dignitati quæ cōmunis in
nobis p̄ris p̄ſonā expoſcit potius adtribuēdum eſt p̄ſer
tim quum tu ipſe uidere potueris:quæ nobis eēt cura
rerum tuarum.Nā ſi ſocietatē hoſtium tuorū ſeq uo/
luiſſemus/maxima nobis p̄mia nō ſolū p̄ponebant᷑/
Sed iā parata erāt:& tui tā facilē uictoriā nunq̄ nacti
fuiſſent,ob q̄ quum ſublata omnis cōtentio uideret᷑,
cū tuis ducib9 fœdus iniuimus,& quo ali ac ſuſtineri

exercitus tuus poſſet/pluſquãm mediocrem auri ſummam dedimus/ea conditione vt a finibus noſtris exercitus abduceretur:reſtitueretur℥ pecunia/ſi tu fœderi cum illis inito nõ conſentires.Q ꝺ q̃q̃ minime apud te ratum fuerit/nihilominus neq̃ aurũ recupauimus/ & cõtra ꝑmiſſa in Romanæ eccleſiæ locis diuti9 exercit9 tui bona pars verſata nullũ crudelitatis/nullũ auaritiæ aut immanitatis genus in noſtros prætermiſit. Q uãobrem cum ita a te/ & a tuis accepti eſſemus vt nulla meritorum noſtrorũ ratio haberetᷣ: nemini mirũ eſſe debet/ſi quæ in tui detrimentũ a Ferdinando Piſcariæ marchione occulta conſilia haberi cepant/cum ad nos delata eſſent non penitus aſpernati ſumus.Cæterum quũ tui Mediolanenſe Imperiũ occupaſſent/ circũuallare℥ prexiſſent Franciſcum Sfortiam a te toties declaratum Mediolani Ducem: tantam indignitatem(vt verum fateamur)ægre quidem tulimus:& cunctis prope Chriſtianis principibus auxilium conferentibus/pro cõmuni Italiæ piculo non neglexim9 ar/ma capere:ita tamen vt oratorem tuũ qui p̃ro cõponendis(vti aiebat)rebus venerat ad nos/interea audire/mus/&relapſi in priſtinam cõciliandæ amicitiæ ſpem & perpetuitatem & beniuolentiæ noſtre fructum tibi polliceremur: modo ꝑ te Mediolanenſiũ Duci/etiã ſi quo pacto erraſſet/clementia impartiretur/ ſine qua res Italiæ eo tẽpore ſecuritatẽ habere nõ poterãt. Sed

tu plus iniqs tuorum q̃ par erat cõſiliſs fidei adhibẽs
pro clementia iuſticiæ rigorem obtuliſti: quæ tamẽ ne
ſcio quomodo iuſtitia appellari poſſit: quũ iudicium
atq; ſnĩam pœna anteceſſerit: & princeps tui hactẽus
ſemper obſeruantiſſimus incognita cauſa iam ſeptimũ
menſem acerrimam tuorũ obſidionẽ patiatur. Quib9
tot & tantis cauſis de te diffidere & quodam modo de
ſperare coacti ſumus: noſtrã q; amicitiã/ q̃ tu toties re/
pudiaſti multis & magnis principibus adiũgere: quo/
rum optimũ in Chriſtianã rempublicã animũ ſi eſſe/
mus aſpernati non paſtoris & cõmunis patris laudem
ſed ſuperbi & inſolentis nomen acquiſiuiſſemus. Ha/
bes rationem actorum & conſiliorũ noſtrorũ: quæ id/
circo a nobis ſummatim explicata eſt: vt non ſolum co
ram Deo (is.n. inſpector eſt cordis) ſed etiam corã ho/
minibus teſtatã optimã voluntatẽ noſtrã relinquamus

Dum hæc fierent Franciſcus Sfortia in arce Mediola
nenſi incluſus diutius obſidionẽ tolerare non poterat.
Quãobrem Antonius Leua/ Alphonſuſq; Daualus
qui mortuo Ferdinando Daualo vices Cæſaris Medio
lani ſuſceperant quæcunq; onera vel intolerabilia vrbi
imponere in animũ inducunt/ potuiſq̃ Principi obſeſſo
opem ferri patiantur: imprimiſq; ciues qui iurare pro
fide Cæſari ſeruanda abnuebant/ niſi ſibi cautũ eſſet
Cæſareũ dominatũ haud iniquum fore/ modo æqua
pollicẽdo/ modo metu ne deteriora cõtingerent/ iuſſu

randum facere compellunt. Poſtremo cū diuturna ſti/
pendij inopia iminentiſq; belli metu opus eſſet pecūia
a plurimis/qui mercatura aut opificio diuitias cō pa/
rauerant/non paruā efflagitant auri ſummā: pignori/
buſq; ablatis & carcere detrectātes ad erogandū pecu
niam cogunt. Quare ſenatus populuſq; Mediolanen/
ſis conuentu inter ſe ſe habito omnes vno ore corā Le/
gatis Cæſaris querunt non modo villas/oppidaq; diu
turno militum ſumptu quottidie exhauriri: agroſq; co
lonis paſſim diſcedentibus incultos remanere/ſed etiā
in vrbem ipſam/& Ciues manus inijci: priuataſq; pe/
cunias contra toties ꝑmiſſam fidem extorqueri a qui/
bus cum temperari poſt hac enixe contenderent oīaq;
ſe ſe facturos Cæſariāi pollicerent: in hoc firmata ſen
tentia Mediolanēſes diſceſſere/vt ſi cuipiam in poſte
rum pro eroganda pecunia vis inferretur/vicinorum
implorata ope arceret iniuria: & vt huiuſmodi Decre/
to Deus Opt: faueret: ſupplicationes a ſummo virgi/
nis Matris Templo ad Diui Ambroſii Tutellaris ædē
Triduū decernunt: Sed nihilominus Cæſariani/qui/
bus cordi magis erat habere pecuniā q̄ pollicita obſer
uare miſſis Satellitibus in priuatam Fabri cuiuſpiam
domū: Cui nudus tertius aurei Quingēti fuerant im
perati/totam Vrbem tumultu concitarunt: Dominus
enim Domus quum ſibi per vim auferrentur pignora
corræptis repente armis auxilioq; vicinorū implorato

abire coegit Satellites:q quũ paulopoſt Antõij Leuæ iuſſu/ad quẽ factũ retulerant/maiorem in nu merũ rediiſſent:portaſq; domus occluſas pfringere conarentur a vicinis pariter oĩbus ad arma conclamatum eſt: Itaq; paulopoſt tumultus totã vrbem puadit:neq; qdq̃ tamen vltra eo die temptatum eſt/q̃ vt vis arceretur. Perterritus ſubito tumultu Antonius Leua e Curia p minus frequentem vrbis partem ad loca arci proximiora/vbi tria milia Germanorũ peditum ad Arcis obſidionem collocata erant q̃ primum ſe cõtulit:collectaq; militũ manu/& Gaſpare Mayno non paruæ authoritatis inter Ciues patritio comitatus: qua populi armati turba denſior erat ire pgit:hortaturq; vt depoſitis armis qſq; digrediatur:neque huiuſmodi tumultibus minime pfuturis oĩa miſceant. Idem ẽt alia ex parte faciebat Daualus: q;eo æqore animo audiebatur, quominus populo erat ĩuiſus. Itaque quum diei ferme dimidium totam vrbem pereqtaſſent/ea conditione Populus ab armis diſceſſit:vt Cæſar/eiuſq; Legati vectigalibus cõtenti priuatæ parcerent pecũiæ:neque vllũ præterea militem q̃ quos ab initio ad Arcis obſidionẽ diſpoſuerant in vrbem adducerent; Sed quum poſtero die nõnullos ex Hiſpãis ducibus cum paucis eqtibus aduentantes vidiſſent/crebriſq; nuncijs admonerentur ĩtegras Cohortes peditum/Equeſtreſq; turmas pperantes ad vrbem ſeq:pmiſſis aliquot ad Daualũ &

Leuam

Leuã Patritijs/q reſummẽdorũ armorũ cãm in ipſos compingerent/magno adeo tumultu totam vrbẽ concitarunt:vt delinquẽda vrbe Ceſariani deliberauerint: Cæterũ quũ magnũ Populi numerum ad Curiam diripiendam vbi rerum criminalium Præfectus cum peditum manu diuerſabatur/accurriſſe cognouiſſent reaſſumptis animis vias,trabib9 tabuliſq; quo melius fieri poterat obuallare pergũt:& vt aduerſus Populũ tutiores eſſent/paucis relictis ad Arcis cuſtodiã obſeſſis erumpẽdi occaſionẽ dedere.Nã princeps multorum pollicitationibns fretus/qui magna pro ipſo ſeſe facturos iactauerant:emiſſa militũ manu/ſtatim munitiones hoſtium occupat.Sed vbi qui opem ferat aut cõmeatum cõſpicit neminem/abiecta auxilij ſpe iam clamorẽ & ſtrepitum in vrbe paulatim ſædari audiens ſuos intra arcem recipit Interea multi pugnæ in aſſueti/multi etiam ob direptam Curiã præda onuſti abire/& ſigna pro libito deſerere/adeo vt quibus tutandæ Patriæ maior cura erat/animus deficeret/nec ſpernendæ a Cæſarianis oblatæ Conditiones videbantur.Qui præter Germanos ad obſidionem Arcis iam pridem poſitos cæteros milites non modo ex vrbe ſed ex agro Mediolanenſiũ amouere promittebant. Sicq; quũ a Solis occaſu ad ortum incerto euentu pugnatum eſſet/vtrinq; ab armis diſceſſum eſt:aliquotq; poſtea diebus qeta vrbs videbaẽ/licet pleriq; id Cæſa/

rianos potius/quia e re ſua eſſet eo tēpore ab armis ceſſaſſe/q̄ ex animo promiſiſſe exiſtimarent: Præſertim cū multi ex militibus nō modo ſe ſe in Mediolanēſes male animatos palā iactarent: Sed breui aſſererent vindictam ſumpturos: Neq; aliter quiſpiā qui ſano eſſet iudicio poterat arbitrari: quum a Pontifice a Venetis/ab Eluetiis a Gallia Imminēte bello neceſſe illis eſſet/nihil intemptatum relinquere/quo tot hoſtium Impetum ſuſtinerent: Principium igitur a non/nullorum Ciuium relegatione cœptū eſt: q maiorē antea gratiā Cæſarianorum promeruerant: quū in ſuperioribus bellis ad arma toties aduerſus Gallos ſumenda alacres ſe ſe exhibuiſſent: Hos.n.ob Sfortiani nominis ſtudium habebant cœteris ſuſpectiores: & tumultus pauloante in vrbe concitati culpā in illos tranſferebant. Quod vbi populo renunciatū eſt/indignatus occaſionem queri: qua ducibus ſuis ſi facto denuo opus eſſe contingeret priuaretur ad amouendam eorum ſuſpicionē vades dare ꝓmittit. Sed dum nōnulli ex iis qui pro vadibus nomina profitebant̄ minus ꝓbarentur a Cæſariāis: populuſq; nolle quenq̄ e ciuibus relegari ēt atq; etiam contenderet: & in ciuitate non deeſſent ſeditioſi/qui omnia cuperent tumultu miſceri primo de legatis/& Cæſarianorum Ducibus palam obloqui/mox arreptis armis/ſi quempiam militum maxīe ex hiſpanica natiōe nacti eſſent trucidare ſpō

liatūq; necare:& q̄uis id Primatibus/& iȷs præcipue qbus Ciuitatis ſalus erat carior diſpliceret:ac Centu/riones cum aliquot armatis per vrbis portas diſpoſiti eſſent. Ad huiuſmodi Hominū amentiam compeſcendam:tamen tantus facinoroſos furor inuaſerat: vt arma Ciuium:Qui ad vrbis Portas ingreſſos milites nihil tale metuentes adſociabant/pro omnium defenſione non ſufficerēt. Hanc occaſionem nacti Antonius Leua:& Alphonſus Daualus tum vt militibus prædæ auidis morem gererent tum etiam vt parere docerent Mediolanenſem Populum denuntiarunt protinus ſeſe nulla amplius promiſſorum fide erga Ciuitatem teneri. Atq; idcirco admōitis Ducibus hiſpāis quoscū armatis Cohortibus ad Vrbē appropinquare iuſſerāt ipſi:ea parte/qua ſtationē ſuorū poſuerant/ vallo/& munitionibus per noctem firmata/collecto militum agmine improuiſo alia ex parte egreſſi primū occiſo quodam ex infima plebe/qui caput honoris cauſa detegere(vt moris eſt)corā:ipſis aſpernabatur mox tribus/aliȷs quos in via obuios habuerant trucidatis initium pugnæ dederunt:igneq; ex turri accenſo ſignum cæteris accedendi ad vrbem dedere: Cōmouit vniuerſos Ciues tam Inopinata cedes: que ipſis Daualo/& Leua non modo præſentibus/ verum etiā lubentibus hoſtiliter erat ædita:nec quiſq̄ tam paccato animo in Ciuitate fuit:qui non vel cum omnium fortunarum/

& vitæ periculo arma eſſe capeſcenda cenſeret. Sed nullus eo tempore Cæſarianos timor inuadebat: quippe qui ſupra mille armatos preter eos qui obſidioni arcis antea ſtabant / pauloante clam in Vrbem introduxerant. Occupauerantq; pleraq; loca vrbis eminentiora: vnde a ſcloppetariis crebris ictibus Mediolanenſes interficiebantur. Quare multi e Ciuibus abiecta omni victoriæ ſpe præmiſſo tubicine deligunt Oratores: qui benigna Oratione Cæſarianorum Ducum iram lenire ſtudeant: Sed cum in eo perſiſterent / vt ſuſpecti emitterentur a populo in concione acclamatum eſt / minime æquum eſſe / quum totus Exercitus hoſtiliter ad vrbem appropinquaret vt inde abirent / qui præſidio forent Ciuitati. Atq; ita redintegrata pugna miſerabilis erat tam Inclitæ vrbis caſus: Germani enim in propinquas domos ignem iniecerant: ne Mediolanenſes e tectis. & ſpeculis ſuos interficerent: ipſi autem e Turriculis & feneſtris / quas militibus munierant paſſim proſternebant Ciues: nec quiſq̄ eo in prælio uiuus capiebat̃: ſed ubiq; uulnera / Cædes / incēdia apparebāt. Redacta in tāto diſcrimine Ciuitate cū Leua & Daualus fore pſpicerēt ut ſi reliquæ Hiſpanorū peditū cohortes in ipſo pugnādi ardore admitterent̃: nō ſolū totā urbē direptioni obiectam Iri: Sed eundē Cædibus fore finē: Qui & militum foret ſacietati / Duces nondum ingreſſos

admonent:ne abſq; ipſorum Iuſſu ciuitatem introeant audienteſq; Populum de pugna feſſum eſſe:& nō ſo/lum eos quos antea exire iuſſerant: Sed maiorē etiā numerum migrare velle:ab armis hinc inde ceſſatum eſt:Cum a Solis occaſu ad nonam diei horam vtrinq; armati ſtetiſſent:maximoq; ciues videbātur ſoluti pe riculo:niſi paulopoſt cognouiſſent diem illum tot ma lorum:quæ poſtea ſubſecuta ſunt fuiſſe initium.

¶ Galeacij Capellæ de rebus geſtis pro reſtitutione Franciſci II.Mediolanēſium Ducis liber ſextus.

POſtquā ex eius diei pugna innotuit quātum Veterani milites incunditæ multitudini præ ſtarent mœſtitia & dolor qualis in capta vrbe eſſe ſolet in omnium animo/& vultu apparebat/At Cæſariani voti cōpotes vrbem ingreſſi obſeptas vias recludi/ſibiq; a ciuibus non militarē victum:ſed opi/pare/ac perq̄ eleganter parari imperant:deſignatiſq; per totā vrbē hoſpitijs pro militū libito cogunt ciues preter Epulas/etiam Veſtes/& indumenta præbe/re:quibus ſumptibus/&interdum etiam contumelijs & verberibus vexati/multi quotidie/vel relicta ſu/pellectile vxore/& Liberis tot impendētium pericu lorum metu abibāt:neq; bonorum proſcriptione/aut ædium ruina/quas milites a fundamentis in odium

fugientium demoliebantur retineri poterant. Interea Pontifex: & Veneta Reſpu. vndiqꝫ coactis militibus Duces ſuos in Inſubres maturare impabant: vt iuxta fœdus cum Francorum Rege pauloante initũ Cæſa/rianum bellum aggrederent: Franciſcoqꝫ Sfortiæ iam dudum obſeſſo opem ferrent: Quod cum Alponſus Daualus: Antoniuſqꝫ Leua proſpicerẽt: neqꝫ eſſet dubium quin Veneti Laudem Ciuitatẽ eſſent temptaturi: vt ibi ſedem ad omnia belli exequẽda negocia cõſtituerent & propterea tres Hiſpanorum peditum cohortes præſidio vrbis diſpoſuiſſent: Tamen Hiſpãi/ qui Mediolanũ a ſuis direptũ iri exiſtimabant/ nullo iuſſu retineri potuerunt: qn ſtatim ad urbẽ aduolarẽt relicto in ciuitate Laude ſub fabricio Maramaldo Italorũ peditũ ſeptingẽtorũ pſidio: Qui Duce ſuo ita pmittẽte in ciues nullũ ptermittebãt inſolẽtiæ genus/ adeo vt pleriqꝫ de fuga potius abiecta rei familiaris cura cogitarent/ q̃ diutius in huiuſmodi ſeruitute viuere niſi Lodouicus Viſtarinus patritius: qui pro centurione cum Cæſarianis militabat/ adiecto ad liberandam patriam animo clam pactis cum Franciſco Vrbinatum Duce, ac Petro Piſaurieñ. Legato veneto conditionibus/ iuuenes aliquot delegiſſet: quorum operam in tradenda Venetis Vrbe ſtrenuam ſperabat fore: Itaqꝫ admõito Vrbinate/ vt q̃ ſecretius fieri poſſet noctu cum parte copiarum ad vrbem appropinqua/

ret. Ipſe in aliquot vicinis domibus, ſuis diſpoſitis/ aſ ſumptiſq; tantum ſecum duobus comitibus ad turri/ culam quandam occultiorem/ vbi ſex tantū pedites excubias agebant pergit, tanquā animaduerſurus in eos/ niſi vigilantes reperiſſet: ſubſecutiſq; paulopoſt iis/ qui facinus aggredi parabāt/ tanta celeritate oēs comprehenſos necauit/ vt ſtrepitus nuſquā ſit exau ditus. Patrata itaq; huiuſmodi cæde Viſtarinus p val lum demiſſus ad accelerandū Venetorū aduentū per git/ antequā Maramaldus aut alius quiſpiā facinus agnoſceret: adeoq; fauit Fortūa: vt Veneti prius traie cto abdua foſſas/ & munitiones vrbis tranſirent: q̄ ho ſtes adueniſſe quiſq̄ intelligeret: Cæterum re tandem cognita Maramaldus collectis ſuis oībus in arcem ſe recipit: quam deſerere turpe exiſtimabat niſi prius ab Alphonſo Daualo & Leua admoneretur quid ſibi in tanto rerum diſcrimine agendū eſſet. Sed cum magni momenti Cæſariāis huiuſce urbis amiſſio uideretur extemplo Hiſpani omnes Mediolani in armis fuerūt & ad tria milia peditum Ciuitate egreſſi cū Alphon/ ſo Daualo: & Ioanne Vrbina Tribuno ante horā diei quintā Laudenſem Arcem ingreſſi/ adiunctis Mara maldi Peditibus uſq; ad forum perueniunt: Iam Fran ciſcus Vrbinatum Dux cū magna Exercitus Veneti parte urbem ingreſſus fuerat uicoſq; omnes/ & Do/ mos plurimas: quæ ad eam portam qua ipſe intraue/

rat:reſpiciebant preſidio firmatas tenebat ea de cau/
ſa ut ſi maior ingruiſſet hoſtrum uis iter ſibi liberũ ad
diſceſſum pateret. Quare haud ſegniter ab hiſpãis/
qui urbem recuperare conabantur/dimicatum eſt:&
non ſemel temptatum ſi qua poſſent uenetorum præ
ſidium propellere. Sed cũ illi acriter repugnarent: &
cominus gladijs atq; haſtis/ eminus etiã ſcloppis cer
taretur Hiſpani qui potius Laudẽ urbem amittere/q̃
Mediolanũ in diſcrimen adducere volebant/& ad pro
trahendum ibidẽ bellũ nihil parauerant/reductis
ſecum peditibus Italis/qui cum Viſtarino haud con/
ſenſerant/relicta etiã arce Mediolanum reuertuntur
ſtatimq; Germanos mille & quingentos Papiam de
ſtinant:ne ea quoq; ciuitate amiſſa omnis abeũdi uia
ſi quid durius incideret/precluderetur: Equites etiã
tam grauis quam leuis armaturæ Mediolanum redu
cunt/uel ut tutiores contra hoſtes eſſent/uel ut maio
re ſumptu Mediolanenſes grauarent/q̃bus adeo erãt
infenſi:ut nõnunquã ciues & matronas/ac etiam pue
ros domi uinctos aſſeruarent tanquã ſumptuũ obſi/
des reliquãq; familiam mancipiorum loco haberent:
uidereq; erat tabernas paſſim occluſas Deorũ templa
nullis ornamentis referta/quæ cũ omni lautiore ſu/
pellectile/& mercimonijs paſſim in caueis & terræ
uiſceribus abſcondebantur. quãq̃ id haud Impune a
multis fiebat. Nam & ſeruos & ancillas in quibus ma

ior inerat ſuſpicio cogebant ubi ciuium bona abſcon/derentur manifeſtare:& ipſi tanq̃ canes ſagaces armorum quæ ad ſe iuſſerant cõferri perquirẽdorũ pretextum habebant vt omnes domus latebras rimarentur: & ſi quidpiam quod placeret aderat.(Nam quiſq; fortunarum hoſpitis ſui arbitrium ſibi vendicauerat)p/tinus auferebatur ipſiq; Antonius Leua & Daualus, ac Carolus etiam Burbonius qui nuper ex hiſpania a Cæſare Inſubribus præfectus redierat adeo pro libito milites debacchari permittebãt/vt vniuerſi ciues ſupplicitet peterent/relictis facultatibus abire quo vel/lent ſibi licere:vt ſaltem a militũ iniuria corpora libe/ra eſſent At Burbonius meliora illos ſperare horta/tus deumq; opt.teſtem inuocans/primis tormentorũ hoſtiliũ ictibus caput ſuũ deuouebat/niſi ex ſoluto aureorum triginta milium tributo/quibus meſtruũ ſtipendium militibus dare poſſet/extemplo tam graui onere liberaret vrbẽ. Quod creditũ eſt illi poſtea Romæ ob periurium contigiſſe/fruſtra.n.intra pau/cos dies a Mediolanenſibus pecunia numerata eſt:& nihilominus hiſpani in vexandis ciuibus adeo perſe/uerarunt/vt repti ſint/q tot.erumnarũ tedio ſibimet laqueo mortẽ conſciuerint quiq; e ſublimi nõnunquã precipites ſe ſe dederint. Verũ apud pleroſq; pluſquã Burbonij pollicita ſpes Laudẽſis victoriæ valebat.Nã cum ciuitatẽ illam tam turpiter a Cæſarianis in ho/

ſtium poteſtate relictam fuiſſe audiuiſſent fieri poſſe non putabant/ vt quinq; milia hiſpāorum cum tribus Germanorum peditū milibus paucoq; equitatu pre/ ſertim deficiente ſtipendio/ & nulla annonæ aceruata ſumma tam vaſtum vrbis ſpatiū diutius tueri poſſent aduerſus omnes conſentientis Italiæ vires. Atq; id prima belli præ ſe tulerunt initia. Nam q̄ primum hiſpani Laude ceſſerunt. Pontificij qui ad numerum octo/ milium peditum cum valido equitatu in agrum Placētinum pauloante peruenerant/ confecto ratibus Ponte Padū transiere: & venetis adiuncti Mediolano ap/ propinquabant: miſerant etiā antea Octauianū Sfortiam Epiſcopū Aretinum ad Eluetios: Qui Franciſci Regis fauore quattuordecim Peditum milia conſcri/ pſerat: & per Rethos & Bergomates deſcendens liberum iter ad Exercitum Italicum habebat. Sed cū longitudo viæ plures dies proficiſcentes remorarent᷑: Sfortiani in Arce Mediolanenſi obſeſſi ad id inopiæ redi/ gebantur: vt præter panem/ qui ex farina furfuribus admixta cōficiebatur/ quo pluribus impartiri poſſet nihil haberēt: Quare delectu inter eos facto circiter Ducētos homines tertia noctis uigilia ex Arce emittunt qui per hoſtium munitiones egreſſi/ qua negli/ gētius excubias fieri antea animaduerterāt/ ꝑ vim arrepta via Melignanum peruenere/ ibiq; reperto Franciſco Guicciardino Pontificio Legato Frāciſco Veneti

Exercitus Imperatore/ac Petro Piſauro Prouiſore/ ac pleriſq; aliis ducibus:obſeſſorum inopiã ſignificãt: aſſeruntq; ſi diutius auxilium ferri protrahatur/ Ar/ cis deditioné breui ſecuturam:vel quod peius etit om nes in hoſtium poteſtatem venturos: Q uãobrẽ Itali duces iuſſis Sfortianis bono animo eſſe magis vt ho ſtium animos tentarent/quam vt ſexdecim Peditum milibus nuper collectis ſperarent Cæſarianos Vete ranos milites Mediolano expellere/ad Portam/quæ Romana dicitur quæ prima eis erat/obuia greſſum dirigunt:Cumq; Ioannes Medices/q primã aciem du cebat ſex tormentis/Turrim quãdam obruere aggre deretur/vt patefacto per eã aditu facilior eſſet irrum pendi via,ad id loci omne Cæſarianorũ robur ꝓtinus accurrit:& non tantum Ciuitatem tueri:ſed etiã egre di audent/ & manum cum hoſte conſerere: poſtq̃ aũt leuibus aliquot prælis hinc inde vſq; ad horã diei no nam pugnatum eſſet.Itali:qui intra paucos dies Elue tios venturos haud ignorabant/qbus adiunctis mini/ me dubiũ erat/qn ſupiores euaderẽt/reductis tormẽ tis & militibus/q vſq; ad hoſtiũ munimenta pugnan do proceſſerant Melignanum regreſſi ſunt/non ſine magno Cæſarianorum fauore:qui cedente hoſte/ni/ hil ſibi vlterius timendum ab eo exiſtimabãt/At Me diolanenſes ingens oppreſſerat mœror:cum audirent Exercitum italicũ in quibus priſtinæ Libertatis pau/

loante effulſerat ſpes/retroceſſiſſe neq; in hominum animos cadere poterat id hoſtium metu/ ſed potius haud ſincera erga Ducem Sfortiam voluntate factũ fuiſſe.Hoc ſucceſſu elati Cæſariani/cum omnes prius intra vrbis interiora mœnia hoſpitia delegiſſent agge res circa ſuburbia alias conſtructos/reficere ꝑperant & quotquot tam e populo/quã etiam e Patritijs na/cti erant/ligonibus/& batillis in euacuãdis foſſis co gebant inſumere operã/adeo vt huiuſce contumeliæ verecundia aliquot dies nemo ex optimatibus in pu/blicum prodiret; Sed varijs in locis occluſi aduentanti bus; Eluetijs meliorem Fortunam præſtolabanť. Nõ enim veriſimile videbatur Franciſcum Francorum Re gem qui toties omni aduerſante Italia res Inſubrũ in diſcrimen ſolus adduxiſſet: & qui in pſentia Eluetios in Galliam Giſalpinam tranſmittebat nunc adiunctis Italicis viribus imparẽ tam paruo hoſtium Exercitui fore. Quare Sfortiani redintegrata ſpe licet vix pau ciſſimorũ dierum cibus/& is quidem exiguus ac peſ/ſimus ſupereſſet/ tamen de deditione nullum facie/bant verbum/haud dubium auxilium expectantes: Sed dum tardius Exercitus Italicus Melignano diſce dens cum iumentis cõpluribus & vehiculis cõmeatu onuſtis ꝑgrediť: & ſuperiorẽ viã/qua ad Arcem itur duobus paſſuum milibus ab vrbe capeſſit ut uenien/tes eluetios ſibi adiungat: ſine quibus in pugnæ diſcri men iterum nolebat deſcẽdere: Sfortiani obſeſſi iam

non tamen:ſed mortē ipſam in faucibus habentes ex trema neceſſitate adducti Iacobum Philippum ſaccū Iureconſultum ad Carolum Burboniū & ceteros du/ces emittūt/qui poſtq̄ multa de eorum aduerſus Sfor tiam odio conqueſtus fuiſſet/quod Innocentiſſimum Principem/& Cæſarei nominis/ac amplitudinis ſem per ſtudioſiſſimum æmulorum calumnijs circumuen/tum tamdiu obſeſſum teneant:Tandem offert arcem reddere:ſi non iniquæ interea Conditiones fiant:do/nec Cæſar re Intellecta Iuſtitiæ melius poſſit conſule re:Q uod quidem haud aſpernati ſunt Cæſariani om ni.n.ſe prorſus hoſtium timore liberos exiſtimabant: ſi Arce potirentur:& propterea nihil Sfortiæ non da/re pollicentur.Illud tantum difficultatis inerat:quod Burbonius cum Mediolanenſi Cremonenſem etiā ar cem reddi poſtulabat/aſſeuerabatq; id cum a Duce/q Innocentiæ confideret minime recuſari debere:tum a ſe maxime expetendum vt rebus Cæſareis aduerſus quas omnis Italia cum Gallis:& Eluetijs armaret cō ſultum eſſet:qua de re cū antea Sfortiani dubitaſſent Sacco in mandatis dederant:vt ſi aliter fieri nō poſſet pro Principis/& ſuorū ſalute/ac libertate omnia pol liceretur.Sed dum Orator/ex vultu/& ſermone ho ſtium recuperādæ Arcis deſiderium agnoſcit:cautius agens/ad ſuos rediturus gradum vertit tanquam de Cremonenſi Arce nihil facturus.Itaq; flexis Cæſa/

rianorum animis pactum fuit/vt Sfortie cum ſuis om
nibus/ac tota eorum ſupellectile abire liceret: illiq;
Comum ciuitas/quam ipſi præſidio tenebant aſſigna
tur cum non modicis redditibus/donec a Cæſare ſup
Imperio Mediolanenſi/& criminibus quæ in Princi/
pem impingebātur/iudicatū eſſet: traditusq; propte/
rea eſt Cæſarianis expoſcentibus Ioānes angelus Ri
tius vir a Secretis ipſius Sfortiæ vt ab eo oīum acto/
rum & conſiliorum quæ Mediolani agitata fuiſſe fere
bantur aduerſus Cæſarem ratio ītelligeretur. Sed ille
eximia fide & prudentia præditus adeo vtranq; cau/
ſam/& Ducis & ſuam æquā eſſe oſtendit: vt intra pau
cos dies dimiſſus non ſine adepta ipſius etiam hoſtis
beniuolentia abierit. Firmatisq; huiuſmodi deditionis
conditionibus Franciſcus Sfortia quāuis hiſpanorum
promiſſis non ſatis fideret/& minime ſe putaret inco
lumen/donec in Cæſarianorum poteſtate eſſet tamē
diſſimulato metu relictis in ciuitate impedimentis q̄
paulopoſt ipſius diſceſſum magna ex parte ab hiſpa/
nis direpta fuerunt (iumētorū.n.& vehiculorū vſus nō
ſuppetebat) in caſtra italica viam capeſſit. Cæterum
magna etiā iniecta eſt ſuſpitio/quū ipſi honoris gra/
tia Antonius Leua ſe comitem vſq; ad vallum vrbis ad
iunxiſſet verebatur.n.ne mala potius quapiā ex cauſa
q̄ ex officio id potiſſimum ab illo factū eſſet. Quod
etiam pleriq; patritij Mediolanenſes qui obſidionem

una tulerant veriti arma induti gradũ faciebant/ vt ſi princeps comprehenderetur/ipſis cum militibus(q/bus vt parceretur mos inualuerat)abire liceret.Igitur poſtq̃ in caſtra Italica præter ſpem incolumes perue/nerunt: Sfortia qui omnem tot malorum culpam non Cæſari ſed eius miniſtris adtribuebat/ſtatuit omnino vel inuitis amicis omnibus/qui multa de Cæſaris in/iuria aduerſus ipſum loquebãtur/Comum ſe tranſfer re:ibiq; manere/quoad æmulorum calumniæ innote/ſcerent:niſi Sforcinus qui cum militum preſidio ad re cipiendam ciuitatem præmiſſus fuerat/renunciaſſet hiſpanos q p̃ſidio vrbis ſtabant inde egredi nolle/etiã quod Princeps intro admitteretur.quoniam conuen/tum fuiſſet vt Comũ redderetur:neq; pactũ vt hiſpa/ni inde abſcederent.itaq; cognito Cæſarianorum ani/mo Franciſcus Sfortia q̃ptimum in caſtra redijt:& cũ hactenus contra Cæſarianos nulla in re conſenſiſſet/tũc Italicũ fœdus cũ cæteris principibus inijt:& bellũ aduerſus illos tanquam cõmunes hoſtes pro virili ſu ſcepit.Per eos dies Sigiſmundus Malateſta vnus e du cibus qui pro Cæſarianis Laude inerat/& poſtq̃ ciui tas in venetorum poteſtatem peruenit cũm Alphõſo Daualo regreſſus Mediolani militabat: tubicinem cũ litteris ad Viſtarinum mittit:quibus illum ad ſingu/lare certamen prouocabat:eo quod contra iuſiurandũ & militare decus ciuitatem ipſius fidei creditã hoſti

tradidiſſet: polliceturq; armorum iudicio/quæ mentiri haud ſolere pleriq; opinantur huiuſmodi perfidiã demonſtrare. At Viſtarinus neq; ſe contra iuſiurandum neq; contra militiæ decus feciſſe aſſerebat: q̃ pro libertate patriæ id facinus aggreſſus eſſet: immo ſibi pluſq̃ mediocre præmium deberi: quod de tyramni/ & ſœuiſſimorum hoſtium manu ciues ſuos vindicaſſet itaq; ſtatuto die cũ Armis Eq̃ſtribus Equo ſublimi vectus/ſpataq; & claua Ferrea cinctus in certamen deſcendit: Paŕiterq; ſigiſmundus magna Hiſpanorũ Caterua Comitatus in caſtra Italica vbi pugnæ locus electus erat proficiſcitur: & paribus armis indutus agili tate Corporis qua plurimum fidebat Viſtarinum primo circuire: & modo a dextra modo a ſiniſtra inuadens vulnus ſi qua poſſet inferre nitebat́: neq; tamen præter equũ quẽ duob9 affecit vulneribus hoſtẽ lædere potuit: Sed ille qui & corpore proceriore/& virib9 plus poterat/poſtq̃ Malateſtam tot gyris fatigatum incautius ictũ fruſtra tuliſſe aſpexit/ſpata aggreſſus eum in dextra vulnerat adeo vt præ dolore gladius e manu excideret. Quare acrius iam vulneratũ/ & ſui defendendi Impotem inſecutus totam duelli areã coegit non ſemel retrocedentem circuire donec occidente iam ſole/cum quattuor horas pugnaſſent/Viſtarino palma certaminis adiudicata eſt/non ſine manifeſto totius belli omine quod abſq; Cruenta militum

cede

Cede niſi ſero finem eſſet habiturum. Interea cũ iam inclinante æſtate præter vnam Laudem Pompeiam nullum fuiſſet receptũ Oppidum & Mediolani Op/pugnatio videret̃ durior: Quoniã Cæſariãi nõ modo fortiter intus vrbẽ defendebãt: ſed foris etiam quotti die leui prælio pugnabant audacter: dimiſſis ad obſi/dionẽ Eluetijs vna cũ Pont. Copijs/omniq; fere Eqta tu Malateſte Balliõi Peruſino impigro Duci cũ octo milibus peditum/Cremonæ expugnatio deſtinatur: vbi mille Germani pedites cum qngentis Hiſpanis/ & Equitibus ducentis præſidio inerant: verum poſtq̃ aliquot dies Malateſta circũſediſſet vrbem: & tempta to infæliciter per arcem quã Sfortiãi tenebant ingreſ ſu ſupra mille Homines amiſiſſet: ne res amplius fru ſtra temptaretur Franciſcum Vrbinatem Veneti Ex/ercitus Imperatorẽ cum oĩbus Venetorum Copijs eo tendere oportuit. Is igitur patefacto vſq; ad munitio/nes aditu: quibus Cæſariani vrbem ab arce ſecluſerant fortiores milites clã traducebat qui ſcutis obtecti vna cum ſcloppetarijs vallum aſcendebant: Atq; ita emi/nus vulnerati pleriq; concidebãt propugnatores. Tor menta etiam ex arcis turribus crebra emittebant̃ ad/eo vt ex ijs q hoſtib9 obuiã prodirẽt pauci redirent in columes Tot itaq; Cæſariani difficultatibus preſſi Ci uitatem reddere paciſcuntur/niſi intra decem dies au xilium a ſuis feratur conuentum etiam eſt/vt Germa ni trans alpes in patriã redeãt: Hiſpanis autẽ niſi poſt

lem Hadriãi q̃ nũc arx ſãcti Angeli dr̃ ſe recipit: ſeroq́ꝫ admonitus: nõ modo carnes/ & alia eſculenta: ſed annonam & vinũ tot hominibus intra paucos dies defuturũ maluit aliqd de iure ſuo decedere/ q̃ ad deditionem famæ cogi: & ꝑpterea miſſis Oratoribus ab Hiſpano q hæc iactabat feciſſe/ non tam ad Pontificem offendendum/ quam vt eum in partes Cæſaris accedere cogeret conditiones accipit: ut ſeruatis quattuor mẽſium cum Cæſare inducijs copias quas in agro Mediolanenſi habebat/ cis Padum reduceret/ datiſq́ꝫ in id obſidibus. Columnenſes eo libentius diſceſſere quod & ſi haud ignorarent Arcẽ non diuturno tp̃e ad deditionẽ ob nimiã obſeſſorũ multitudinẽ potuiſſe cogi: tamẽ haud exiſtimabãt Pontificẽ tã vecordẽ fuiſſe ut eo ſe recepiſſet ubi quattuor dies ſe cõtinere nequiuiſſet: & ipſi pauci/ ac ſine pecũia/ & Cõmeatu/ depopulati oẽm Põtificiã ſuppellectilẽ abire incolumes ſatius ducebãt: q̃ expectare/ donec milites deligerentur atq́ꝫ ita turpiter inde cogerent abſcedere: Dũ hæc fierẽt Frãciſcus Galliarũ Rex ex fœdere cũ Põtifice & venetis inito/ Vaſconũ Quattuor millia/ & q̃dringẽtos, Eqtes cataphractos/ totidemq́ꝫ uelites Duce Michaele Antonio Salutianorũ Principe in Italiã deſtinat: Qui Italico Exercitu adiũctus cõibus auſpicijs bellũ aduerſus Cæſariãos gerat: & forte ꝑ id tp̃s iter faciẽs in ora Tranſpadana aliquot oppida receperat;

cũ ei renũciatũ eſt ob Eccl'iaſticas copias: Quæ Pōtifi
cis iuſſu diſceſſũ parabāt: & ueneti Exercit9, abſentiā
cuius magna pars apud Cremonā deditionē vrbis ex
pectabat: Cæſariãos nō modo Mediolāi nō obſideri:
Sed populari oēm vndiq; agrũ: & magnos Cōmeatus
in dies in vrbē cōportare: Quare ſpreta Trāſpa danæ
regiōis cura traiectis copiįs Hiſpāos coercere ab agro
rũ, & villarũ incurſiōib9 pgit: verũ hæc ſero puidebāt.
Nā ſeu qđ ātea parũ curauerāt, Caſtella urbi ppiqua
redigere in ptātē: & īpoſitis pſidiįs phibere ne qđq̄ i vr
bē portaret: ſeu q ea eſt ſoli vbertas, atq; vrbis āplitu
do vt nō niſi lōgo tpe res ad exitũ deduci poſſet: Hiſpa
ni p æſtatē oīa ad tollerādā diu obſidionē, ſi ita opus
fuiſſet, cōgeſſerāt: & Ciuiũ ſumptu ppe Incredibili in
dies Lautius epulabant: Illud etiā Cæſariāis addebat
animos, vt nō modo pares Italis, Sed ēt ſupiores eua
derēt: qđ Georgi9 Frōdeſpergus: q duob9 ſupioribus
bellis in Italia p Cæſare cũ magna Laude militauerat
a Gaſpare filio: Qui Mediolāi Germāis Impabat: &
ab Alphōſo Daualo: Antōioq; Leua magnis pollicita
tiōib9 accit9 ppriįs pecũiįs q̄ttuordecim Peditũ mi,
lia delegerat: exſolutoq; in ſingulos hoīes vltra Ducũ
& Cēturionũ ſtipēdia aureo nũmo p Tridētios Salt9
iter in Italiā tēptabat arripere: Quo nũcio cōſternati
Italorũ animi, ne obſidionē pēitus intermittere coge,
rent Cænobiũ quoddā ab vrbe duob9 paſſuũ milib9

munire properant: vbi tria peditum milia cũ quingen tis Eqtibus tuto hyemare poſſent: Moguntiam etiam oppidum firmari iubent præſidio: vt pluribus a locis viatores/auertere & deterrere ſufficerent: quominus ad vrbem commeatus adportaretur: Verum in hoc re rum apparatu cum inotuiſſet Germanos Frondeſper go Duce cum tormentis & valida Equitũ manu a Fer/ dinando Pannoniæ Rege tradita Alpes fruſtra repu/ gnante venetorum præſidio tranſiſſe: abiecta huiuſce muniminis cura Mediolanẽſem obſidionem penitus intermittunt ipſiq; Vrbinas & Ioannes Medices cum Equitibus/& expeditiore peditatu proficiſcuntur ad uerſus Germanos: qui iam Piſcheriam iuxta Lacũ Be nacum applicuerant/ac pleraq; Venetorum oppida/ & loca immunita partim annona/ & cibarijs/partim pecunia mulctabant: & vt ſuorum animos veneti con/ firmarent: prohiberentq; ſi qua poſſent: ne hoſtibus vlla re auxiliũ feretur quottidie in armis eſſe: Germa/ noſq; iter facientes infeſtare: adeo vt leuibus prælijs eorum multi quottidie deficerent: Verum vbi omnes in Mantuanos iter direxerunt: Vrbinas/ & Medices vt proficiſcentes quieſcere haud ſinerent/cum valida equitum/& peditum mãu a latere & a Tergo hoſtes adoriuntur: Ipſeq; Medices/vt pote audacior & leui/ bus magis aſſuetus prælijs antegreſſus ſcloppo crus grauiter ſaucius pugna ſtatim coactus eſt excedere: &

Mantuam deportatus non ſine magna totius Italiæ iactura/intra decimum diem vitam finiuit. Interea Mediolani ſoluta penitus obſidiōe Hiſpani ſtipēdia mul torum mēſium efflagitare: palā́q; minari niſi q̄ primū pendatur ſe ſe omnia turbaturos: & vt res militū ani/ mos comprobaret tabernas/& Domos diripere ciues quos obuiam habuiſſent ſpoliare/& captiuos facere adeo vt ad huiuſmodi tumultum accurrentes ipſi Bur bonius/Alphonſus: & Leua promiſſo quinq; mēſium ſtipendio/ſeditionem vix ſedare potuerint: vtq; polli cita ſeruandi facultas ſuppeteret non modo per noctē pleroſq; e ciuibus & mercatoribus quos ditiores exi/ ſtimabant comprehenderūt & carceri incluſos/q̄ ma ximam pecuniæ potuerunt ſummā exſoluere cœgerūt Sed argentum etiam & aurum ex ipſis Deorum tem plis abſtulere: Itaq; numerata in ſingulas cohortes ſti pendiorum parte Papiā/modo hos/modo illos/quā uis id eſſet difficillimū/atq; haud ſcio/an quicq̄ toto hoc in bello difficilius fuerit/trāſmittebant: Eo enim animo Mediolanum venerant/ vt nunq̄ niſi pecunia & preda onuſti inde abſcederent: verum vbi id omni/ no Impoſſibile fore cognouerūt: p̄ſertim tanto militū ſumptu pleriſq; ad egeſtatē redactis/fortunas Ciuiū ex vrbe diſcedentium multi inuaſerant: multiq; vt Ci/ ues eijcerentur: (Coloni tantum/& Fœminæ retine/ rentur ad ipſorum vtilitatem perſuadebant: Sed ob

Germanorum Frondeſpergo Duce aduentũ qui apud Caſalemaius ope Mantuani Principis traiecto Pado Florentiolã agri Placentini oppidum ſe ſe contulerãt ſententia immutata eſt. Cum Mediolanẽſis Ducatus præſertim diuturno bello vaſtatus amiſſa etiam Cre/mona / & Laude pompeia tot gentibus haud ſuffice/re videretur: Quamobrem alias ſedes querere: alioq; tantam exonerari procellam placuit. Adiectus eſt igitur animus ad Pontificis vrbes: in quem tanq̃ priſtinæ amicitiæ deſertorem male animati erant: Placentiaq; primum eorum ſenſiſſet impetum / niſi Salutiano / & Venetis perſuaſum fuiſſet e re Italiæ fore Clementẽ / & ſecum fædere adiunctũ: & Pontificem ab Iniuria tutari / præſertim pollicentem poſt tranſactos quattuor menſes: bellum inſtaurare: Atq; ita tranſmiſſo in vrbẽ valido præſidio mœnibuſq; vallo & foſſa cõmunitis Burbonio qui cum Hiſpano peditatu / & equitibus adductis machinis eo venerat / tanquã equo ferociter exultanti frenum ĩniectũ eſt adeo vt uim experiri nõ luerit / Italicum ſcilicet Exercitum veritus / qui non longe ab ipſo præter ſex paſſuum milia caſtramentatus licet pugna abſtinere decreuiſſet: tamen quotti/die leuibus infeſtabat prælijs: Equitatuq; cõmeatum Hoſtium prohibebat / quo effectum eſt: ut Cæſaria/nis ſumma pecuniæ inopia laborãtibus / cũ p uillas & oppida ad parãdũ victũ uagari / nõ liceret / nouo con

ſilio fœliciorem fortunam querere ſatius uiſum ſit.

Galeacij Capellæ de rebus geſtis pro reſtitutione Franciſci II. Mediolanẽſiũ Ducis Liber ſeptimus.

IAm nihil Cæſariani in oppugnanda Placẽtia proficere ſperabant:& neceſſe erat exercitum cui ſtipendium non ſuppetebat/ſpe prædæ cõtinere. Quare ex omnium Ducum ſententia Burbonius aduerſus Florentinos & Pontificem cum tãto exercitu ſtatuit iter dirigere. Antonium autem Leuã cũ quattuor Germanorum/totidemq; Hiſpanorum cohortibus in Ducatũ Mediolanenſem remittit: ubi tria milia Germanorum peditum uictum ſibi a ciuibꝰ Mediolanenſibus parari imperauerant:& iam conuentũ erat ut in quattuor urbis claſſibus alerentur iuxta ciuium cenſum: uel in ſingulos ſexta pars aurei nummi in dies numeraretur: utq; onus facilius tolerari poſſet uiciniarum præfecti non ſolum diuites ſed etiam eos qui labore quotidiano uitam agebant pro uirili coegerant ad ſumptum faciendum. Cæterum adeo multi ex urbe abierant/ut iuxta cenſum mille aureorum unicuiq; eſſet alendus unus militum neq; tamen reliquæ duæ claſſes immunes euadebant. Sed italis peditibus ad numerum circiter duorum milium ſub Ludouico Barbiano militantibus/& iis qui cum Anto/

nio Leua regreſſi erant ſtipendium pendere cogeban
tur.Igitur ſenatus conſulto decretum erat/vt omnes q
citra triennium vrbe abſceſſerant/q̃primum reuerte
rentur/& militum onera tam in preſens q̃ in futurum
ferre tenerentur.Senatus autem qui a Leua immuni/
tatem hoſpitiorum impetrauerat litibus quæ propte
rea oriebantur ſemper intentus nihil magis curabat/
q̃ nullam militibus excitandi tumultus occaſionē re/
linquere.Et idcirco preconis voce fugiētes ſub capitis
pœna euocabātur:eorūq; bōa nulla abſentiæ admiſſa
excuſatione donabantur militibus.Dum hæc Medio
lani agerentur iam Franciſcus Sfortia e Cremonæ &
Laude vectigalibus ac tributis ad tria milia peditū in
armis habebat:& nō modo duas ciuitates oramq; trā
ſabduanam militum ſuorū firmauerat præſidio/Sed
in agrum quoq; Mediolanenſem illos progredi iube/
bat:forteq; eo tēpore euenerat:vt Sfortiani repentino
impetu Moguntiam occuparent. Quamobrem ſi im
pune id ferret dedecori ſibi fore Antonius Leua exiſti
mans/cum ſeptem armatorum milibus ad oppidū p
perat.At Sfortiani qui omnia imparata nullamq; au/
xilij ſpem habebāt propterea quod exercitus Italicus
paucis venetorum exceptis/qui trans Abduam ſtati
ua habebant/Burbonium Italiæ inferiora loca peten
tem ſequebatur/oppidum diripiēdum Cæſarianis re
linquunt.in vrbem itaq; Laudem regreſſi reliquū Me

diolanenſis Ducatus cis Abduã in hoſtis poteſtatem
permittere coguntur Eiectis Moguntia Sfortiãis vna
tantum melioris fortunæ ſupererat ſpes: quod Burbo
nium / qui ne oppidum quidem quo ſe reciperet habe
bat ſine pecunia / ſine cõmeatu cum toto exercitu ali/
quo in preceps iturum exiſtimabant: neq; in animum
cadere poterat vnius Alphonſi Eſtenſis opibus q tum
ſolus contra priſtinum inſtitutum ob odium in Clemẽ
tem Pontificem Cæſarianorum partibus fauebat: tan
tam gentium colluuiem diu poſſe ſuſtentari. Cæterũ
pleroſq; fefellit opinio. Nam poſtq̃ in Florentinorum
ditionem peruenere: atq; occupandæ vrbis / cuius opi/
bus tot milites ditari ſperauerant / facultas non daba/
tur ſpretis inducijs a Carolo Lanoio cum Pontifice nu
per pactis / Burbonius maximis itineribus Romã con
tendit: vbi Pontifex exauctoratis magna ex parte mi
litibus accepta Lanoij fide ſe tutũ exiſtimabat: itaq;
aditu per vim occupato / cum ipſe Burbonius murum
aſcendens ſcloppo ictus ſtatim mortuus concidiſſet.
Cæſariani milites non modo hoſtiliter vrbem diripue
runt: Sed ipſum etiam Pontificem: qui in Adriani mo
lem confugerat / ad deditionem adductum captiuum
tenuerunt: neq; dies ille quo alma vrbs p̃dæ fuit / quo
ipſæ Diuorum reliquiæ altaribus erutæ ſunt: quo tot
virgines intra caſtos parietes occluſæ libidinẽ coactæ
fuerunt militum explere: quo non modo in hoĩes: ſed

ipſa etiam in marmora/& antiquas Romanorum ſta/tuas ſæuitum eſt:finem dedit malorum.Nam milites diſpoſitis in tota vrbe per domos pauloante direptas hoſpitijs/Cardinales/Epiſcopos/Principum Oratores/Ciueſq; & Mercatores ac omnem Romanum populum/quibus pauloante innumerabili pecunia redemptis/nihil omnino ſupererat/ ad alendum tantũ Exercitum coegere:ipſiq; per ludibrium ſacerdotalibus veſtibus induti vrbem perequitabant:& tanq̃ ibi eorum perpetuum foret domicilium:quecunq; ad voluptatem/& delitias querebant neq; exercitum Italicum/qui vicinorum Populorum in ſe ſtudium & fidẽ continere nitebatur neq; Francorum Regem metuentes:qui alium Exercitum validiſſimum parabat Duce Lautrecho ad comprimendas in Italia Cæſarianorum vires:& præſertim ad reſtituendã Pontifici libertatem:Cui expeditioni ſumptuum partem Rex Anglicus impartiebatur:& male animatus in Cæſarem/cum ob alias cauſas:tum ob non reſtitutã iamdudum mutuo creditam pecuniam/nihil magis cupere videbatur/q̃ eius potentiam compeſcere.Sed anteq̃ Gallus alpes tranſiret Veneti auctis copijs adiunctiſq; tribus peditum Sfortianorum milibus aduerſus Cæſarianos qui Mediolani æſtiua agebant/ proficiſcũtur. At Leua minime æquum ducens.quum precipuum Italici exercitus abeſſet robur/pauloante collectos

milites/eoſdeq́ꝫ/paucos formidare:cum Germāis pe
ditibus hiſpaniſq́ꝫ ferme octingentis totideq́ꝫ italis/
ac non magna equitum turma vrbe egreſſus occurrit
hoſtibus:ſtatimq́ꝫ illos coegit iam caſtra intra Meli/
gnanum collocantes potius retrocedere/ q̄ cōmittere
vt oppidi immuniti cauſa pugnæ locus eſſe poſſet:Per
id tempus ioannes Iacobus Medices:quem ſupra
Arcis Muſſi præfectū eſſe retulimus:aucto nomine:
& viribus ob Clauenæ ſtrenuū facinus/ non modo a
Franciſco Sfortia & Venetis maiora ſtipendia mere/
batur:ſed ipſi etiam Francorum Regi dignus viſus eſt
quē cū magna peditū manu in Ducatū Mediolanen/
ſem præmitteret:& ꝑpterea dū Eluetios accepto Gal
lico ſtipendio apud Lariū Lacū expectat:cū paucis ar
matis arcē inter Leucū & Comū Mongutiū dictā per
dolū occupat:quā Alexander Bentiuolus nihil huiuſ
modi metuens inhabitabat tanquā domum propriā:
Quāobrē Antonius Leua ſtatim recuperandæ arci
Ludouicū Barbianū ꝓficit:qui tēptata infœliciter op
pugnatiōe/ac cæſis ferme e ſuis cētū/re infecta Mo
gūtiā abijt:Liberato itaq́ꝫ ſuorū ꝓſidio Medices collē
ctis circiter duob⁹ milib⁹ & qngētis Peditib⁹ in agrū
Mediolanenſem deſcendit:At Leua Qui Melignani
caſtra metabatur/ſiue quod milites cōmeatū omnem
emere cogerentur/& alieno ſumptu viuere aſſueti ſti
pendiū quod a Mediolanēſibus pendebatur/ donec

extra vrbem permanerent in ſumma annonæ penuria non ſufficiebat:ſiue quod vrbi tam propinquo duob9 à Lateribus hoſte metueret/ſublatis Tabernaculis in tro redijt Certiorq; factus Medicen cæpiſſe locũ Ca/ ſtris imminutũ(Caratũ vocãt)quattuordecim paſſuũ milibus ab vrbe/ipſe prima vigilia cum omnibus co/ pijs egreſſus ſub ſolis ortum hoſtes nihil tale opinan tes adoritur:Q uare territi noui milites domibus in q bus diuerſabant relictis in planitie iuxta villam ſepi bus circũdata aciem inſtruunt velites cum ſcloppeta/ rijs ad Leue prælium nõ oẽs hoſtium copias putãtes aduenisſe:Sed opinioẽ fruſtrati cũ loco humili & clau ſo tanq̃ carcere ſepti eſſent:abſq; defenſione/aut cœſi ſunt/aut capti in hoſtium venerunt poteſtatem:mul/ ti tamen cum Ioãnem Iacobum Ducem arrepto Equo fugam queſijſſe intelligerent/diuerſa in loca quo ti/ mor/& occaſio ſuadebat abiere Adepta huiuſmodi vi ctoria Antonius Leua cum ſuis incredibili gaudio Me diolanum regreſſus eſt:vbi tantũmodo armatos ducẽ tum relinquerat minime Venetos timens: Q ui decẽ tantum paſſuum milibus aberant: Cum ijs itaq; qui tanti belli finem cupiebant parum ſpei in Venetis ſu/ pereſſet:Reliquũ erat auxiliũ a Gallis preſtolari/q ſuperatis Alpib9 Duce Lautrecho Haſtã applicuerãt Expectataq; Eluetiorum Legione in vnum cogebant copias:& forte per id tempus Ludouicus Lodronij Co

mes cum valida Germanorum manu Boſchi(oppidũ eſt in agro Alexandrino)pecuniã ad ſumptus militũ q Alexandriæ inerant pferendos exigebat:quũ Lau/trechus iuſſis equitibus cum parte Eluetiorũ ad oppidum properare:Germanis viam ad ſuos Alexandriam redeundi præcluſit:ſubſecutoq̃ poſtmodum toto Ex/ercitu/& admotis machinis aliquot in locis pgit quaſſare mœnia.Sed intus propugnãtiũ multitudo plures dies Gallum detinuit/tandem expugnato oppido hoſtiliterq̃ direptis/& incenſis Domibus/Oppidani q fugam non arripuerant coacti ſunt pecunia libertatẽ redimere:Germani autem qui primo Impetu mortem euaſerant/Gallicum ſtipẽdiuum ſequuti Lautrecho adheſere:Dum hæc agerẽtur Andreas Auria Genuẽſis Gallicæ Claſſis pfectus ſolutis e Maſſilienſi portu decem & ſeptem Triremibus oram Liguſticã infeſta/bat:& vſq̃ ad Genuæ portum progrediens/nõ modo Genuenſium impediebat mercimonia:Sed etiã non/nullas naues onerarias quæ maximam vim frumenti deuehebant intercipere conatus intra portum quen/dam inter Genuã & Saonam obſederat/ita vt inde exire non auderent:eodemq̃ tempore Cæſar Fulgoſus/qui ob aduerſam factionem Adurnis Genuæ imperãtibus exul Venetis militabat/& pauloante cum auxiliaribus venetorum copijs ad Lautrechum venerat/Galli iuſſu terreſtri itinere aduerſus Genuenſes pro/

ficiſcitur. Atq; vt ciuitas quam ſumma victus penuria laborare haud ignorabat/celerius ad deditionem co/geretur qua ſibi iter erat pecora atq; armenta abigere oppida & villas/quæ ob locorum aſperitatem paucæ ſunt/depopulari:neq; vllum edulij genus intra vrbẽ importari ſinere Quibus rebus permoti Genuenſes cum omnem ciuitatis tuendæ ſpẽ in illis nauibus poſitam eſſe perſpicerent:eductis armatis ſex triremibus auxilium ferre ſi qua poſſent temptare: & preſertim Auriam nauali pugna detinere:ut interea naues portu egreſſæ Genuá properarent: adeoq; Genuenſibus fauit fortuna:ut ſubito uentorum turbine compulſus hoſtis Saoná ſe recipere coactus ſit:Sedata itaq; paulopoſt tempeſtate:onerariæ naues cum armatis triremibus incredibili omnium lætitia Genuam peruenere:Atq; hoc ſecundo rerum ſucceſſu Genuenſes nõ ſolum aduerſus Fulgoſum intus ſe ſe tueri:ſed etiam exire iam audent:& hoſtem pugna laceſſere.Nec Fulgoſus prælium detractat:Quippe qui preter trecentos Hiſpanos paucos pterea intus Milites eoſdẽq; Tirones eſſe haud ignorabat:Itaq; cœpto inter illos prælio Populus Genuenſis ut ad omnes rerum mutationes facile inclinatur/excitato intra urbẽ tumultu & correptis armis Galliæ nomen iterum atq; iterum cõclamat:Quare Adurnorum Milites pugna paulatim ſubtracti intra urbem ſeſe recipere ad tumultum com

peſcendum nitunť uerum id fruſtra inſequētibus ho
ſtibus conati / una omnes ingrediūť: Atq; ita Genua
in Gallorum poteſtatem puenit: Lautrechuſq; paulo
poſt ſubſecutus Præfectum Regio nomine cum præ/
ſidio urbi Impoſuit & recepta paucos poſt dies p dedi
tionem Arce: in quam Adurnus cum Cæſarianis ſe re
ceperat: & ciuitatē / & oēm oram Liguſticā ditione te
nuit. Interea Exercitus direpto Boſcho Germāos Ale
xandriæ incluſos / infeſtare: & ne commeatus amplius
introferreť prohibere: donec Lautrecho reuerſo mœ/
nia circūſederi: & oppoſitis machinis proſtrari cæpta
ſunt: & primo quidem aggreſſu maxime declinauerūt
Cæſarianorum animi ob militum amiſſionem: Qui
Boſchū profecti inde redire non potuerant: Verū cū
paulo poſt Albericus Barbianus cū armatis quingen
tis p colles Alexandriæ proximos præter Galli ſpem
in urbem intrauiſſet difficilior oppugnatio reddeba/
tur. Nam ſtrata etiam machinis murorum parte ual/
lum magna celeritate intus refici ebatur: & ſine ingen
ti Cæde Galli ingreſſum per uim tēptare nō poterāt/
præſertim anteq̄ Veneti tormenta non pauca cum pul
uere ſulphureo tranſmitterent: quibus poſtea diuer/
ſis in locis mœnia adeo quaſſabātur: vt Baptiſta Lo/
dronius diutius vrbem tueri poſſe diffiſus deditionē
facere coactus ſit his conditionibus: ut ſibi cum Ger/
manis / atq; impedimentis oībus in patriā: Barbiano
autem

autem in Pedemontibus abire liceat:modo per ſeme/ ſtre contra Galliarum Regem/ atq; eius Confœdera tos,arma non inferant:Recepta itaq; vrbe quingentos ferme e ſuis Lautrechus delegerat:quos Alexandriæ præſidio imponeret:niſi Franciſcus Gauatius Sfortiæ Legat9 implorata Anglici:& Veneti Oratoris fide cõ queſſus fuiſſet iam in ipſo belli initio fœdus non ſerua ri:& propterea Lautrechus/cum ſe id ob Genuenſiũ vicinitatem & commodum militum:qui adhuc e Gal lia venturi eſſent ad reſtituendam Italiæ libertatẽ fa cere aſſeueraret,quando ipſis aliter videretur vt Sfor tianum Vrbi imponeretur præſidiũ permiſit.Per hos dies Antõius Leua qui debellatis Medicis copiis Me diolanum ſe contulerat: Exercitumq; continebat in ſu burbiis:Neq; Ciues alia re præterq̃ ſtipendio Militũ grauabat:queri pecuniã ſerius a ciuitate ſubminiſtra/ ri:neq; ad tantos ſumptus ſufficere.Q uocirca Medio lanenſes:qui hæc ad maius imponendum onus tende re non ignorabant polliceri ſupra vires ſe ſe facturos/ quo ſtipendium Militibus non deficeret:modo extra priuatas domos continerẽtur: & parceretur Vrbi tam diu ſuperiore anno ab Hiſpanico Exercitu vexatæ: Sed nihil proficiebant Q uerelæ Ciuium:mosq; ge/ rebatur Militibus: vt epularum/& Lucri cauſa eni/ xius aduerſus tam validas Hoſtium vires ſe ſe tueri conarentur.Introducto itaq; intra Vrbem Exercitu:

diſtributa iuxta ciuium cenſum hoſpitia Militum
fuerunt:qui & ſi numero non multi admodum erant,
tamen quia in vna quaq; cohorte pleriſq; duplex aut
triplex ſtipendium pendebatur,multo plures pecu/
niæ diſtributiones ad ſumptus quottidie conferre
oportebat:& multis arrepta fuga/multis etiam ege/
ſtate compulſis portiones ſuas non conferentibus/
reliqui ad illorum ſumptus cogebantur. Q uum au/
tem Antonius Leua/alioqn in rebus etiam duris in/
trepidus/iam capta Genua/ & Alexandria ac tanta
vi Hoſtium adueniente/tam modico exercitu/præ/
ſertim ſine pecunia/ſine cuiuſquam auxilij ſpe/ad/
eo magnam vrbem tutari poſſe diffideret/dicitur ani
mo agitaſſe Papiam ſe recipere/Cæterum quia cer/
tior factus eſt eam vrbem commeatu carere Medio/
lani ſe continere maluiſſe/ea fiducia/quod viro in
re Militari magni nominis etiam ſi Hoſti cædere opor
teret nunquam honeſtæ conditiones defuturæ eſſent
Atq; ita tranſmiſſo Papiam Lodouico Barbiano/cum
ipſe antea q̃plurimis edictis ciues Vrbe abſcedere
prohibuiſſet:tunc modo iuxta cenſum pecuniam duo
rum menſium numerarent/volentes abire permiſit:
diplomataq; obſignabat abeuntibus: vt apud hoſtes
etiam morari liceret.Id autem pleriſq; ob periculi ma
gnitudinem haud diſplicebat : & niſi rei pecuniariæ
obſtitiſſet inopia:pauci oblata huiuſmodi oportuni/

tate in vrbe remanſiſſent: Dum hæc Mediolani aguntur Galli pactis inducijs cum Ioanne Ceruilione Hiſpano: Qui Caſelium Oppidum in Transpadanis munitiſſimum tenebat, ne abeunte iam æſtate nimiam in oppugnatione moram traherēt in Agrum Mediolanenſem proficiſcuntur: & cum haud longius q̄ octo paſſuum milia ab Vrbe caſtra locaſſent, ex eo loco pter oīum ſpem Papiā ire perrexerunt: incertum ſiue id factum ſit, quia Franciſci Sfortiæ reſtitutionem ægre ferrent, ſiue quia occaſionem Papiæ expugnandæ prætermittere noluerint. Tranſmiſſis.n.a Barbiano Mediolanum pauloante militib9 circiter quadringentis, quo Lautrechus traiecto Ticino profecturus videbatur: Papia erat expugnatu haud difficilis, Sfortianis præſertim & Venetis adiunctis: qui tantā adduxerāt tormentorum, & pulueris Sulphurei copiam ut quattuor diebus: quibus acriter vrbs oppugnata eſt, magna murorum pars ſolo æquata ſit: neq; vllo modo: qui intus erant contra tantam ſtragem ad vallum opponendum ſufficerent. Quamobrem Papienſes ſupplices Barbianum obſecrant: ſi ſibi ipſi ſi Militibus nollet parcere: parceret tot Matronis, & Virginibus, quas irrumpente hoſte iam rapi, iam per vim ſtuprari videre videbantur: Sed cum nihil eo tempore profeciſſent preces, tandem ſero admonitus Mili,

tibus/& ciuibus/ Qui vna propugnationi aderant/ iam nimio labore feſſis/ Tubicinem ad Lautrechum pro reddenda vrbe mittit/ Sed dum Gallus ipſe qui ꝑfectus erat in Venetorum Caſtra/ perquiritur/ milites acie iam ſtructa maximo impetu/ qua murorum ruinæ aditum dabant/ Vrbem ingrediuntur. Quod vbi conſpexit Barbianus reſerata porta confeſtim in hoſtiũ caſtra vltro pergit: Deductuſq; ad Lautrechũ captiuus Genuam tranſmittitur: Interea Galli ob acceptam ſuperioribus annis apud Papiam cladẽ/ Vrbi infenſi/ poſt cædem primo ingreſſu editam: ac direptas non ſolum priuatas domos: Sed Monachorũ etiã Cœnobia/ & Diuorum Templa/ nullum captiuandis ciuibus modum facere: ſed pleroſq; ter: & quater ad ſeſe redimendum pecunia cogere: Poſtremo Vaſcones qui preter cœteros erant immaniſſimi/ ignem in multas Domos inferre/ & totam vrbem miſcere incendio: niſi ipſe Lautrechus tandem poſt octauum diem militum furorem in immeritam Vrbem vlterius debacchari prohibuiſſet. Recepta in hunc modum Papia Lautrechus q̃primum cum Innocentio Cardinale Legato Bononienſi: qui ad ipſum pauloante Pontificis libertatem procuraturus venerat: agere cæpit de profectione aduerſus Cæſarianos/ qui Romã occupabant: Qđ cũ diu ſecreto contineri non potuiſſet/ Frãciſcus

Sfortia/magno Optimatum cœtu qui ad ſe Medio
lano confluxerant comitatus ad Lautrechum anteq̄
Papia diſcederet/ venire non abnuit:tum vt ſuam in
Regem demonſtraret obſeruantiam/& ſtudium:tum
etiam vt ipſi Lautrecho/qui huiuſmodi honores am
bire videbatur/perſuaderet ſatius eſſe Inſubrū prius
expeditionem perficere/q̄ relictis propinquis hoſti
bus longinquos ſectari:& haud quidem minus vere/
q̄ ex animo:quia e re ſua eſſet admonebat: idemq; ſe
ſentire Lautrechus profitebatur: Sed duorum Gallia
rum ſcilicet atq; Angliæ Regum/quorū cōmuni ſum
ptu continebatur Exercitus/præcepta obſtare:qui ſe
in Italiam potiſſimum tranſmiſerint pro recuperanda
Pontificis Libertate quo perfecto haud difficile fore
Antonium Leuā Mediolano expellere:Interea ipſum
Sfortiam cum Venetis poſſe vrbem obſidere: & bre/
ui Compellere ad deditiōem: ſi preſidijs impoſitis op
pida/& Caſtella propinqua muniantur/arceanturq;
per Equitatum viatores/qui cōmeatum ad vrbem ad
ferre ſolent. Atq; vbi hæc parum ſufficiant/ſe in Inſū
bres Deo Opt. fauente/pro cuius Eccleſia militet vi/
ctorem paulopoſt rediturum:& ſi quid radicum hoſti
lium adhuc ſupererit extirpaturum: Cæterum quāq̄
hæc Sfortia in bonam partem acciperet: Tamen non
eum latebat:quod multi pro certo aſſerebant:Regem
idcirco nolle in preſentia ipſum in Ducatum ſuum re

dio/& conuecto vndiq; Cōmeatu muniuerūt: Quo effectum eſt/vt quamuis Vaſcones Placentiā ad Lautrechum redierint: tamē Leua ſpe potiūdæ Laumellinæ fruſtratus Mediolani plures dies ſe cōtinuerit: ſed poſtq̄ relictis Inſubribus Lautrechus in Flaminiā p/uenit/Italos & Hiſpanos milites emiſit/vt victus penuriam/quæ diuturno bello omnia Mediolanēſis Imperij loca inuaſerat/aliqua ex parte leuaret: aditūq; qua poſſet patefaceret ijs/qui lucri cauſa annonam/& cœterum cōmeatū in vrbem comportabant: ſimulq; vt regionem/& oppida: quæ minore conatu expugnari poterant/reciperet/hoſtiſq; ſentiret ſibi animos & vires haud deficere: Redacto itaq; in poteſtatem toto ſuperiore Mediolanēſi agro (quē Seprium Incolæ vocāt) Philippus Torniellus/q Italis erat Præfectus collectis nauibus cum mille ferme & ducentis peditibus/ac pauco Equitatu Ticinum tranſgreditur: atq; Vrbem Nouariam per Arcem/quam Galli expugnare parum curauerant ciuitatem ingreſſus/ Sfortianos qui numerum quadringentorum non excedebant inde abire coegit: pars itaq; Aronam ad Federicum Borromeum reliqui cum Corſino Laudenſi profecti ſunt Mortarium: atq; ibi tanq̄ frontem pro defenſione Laumellinæ & Papienſis Agri aduerſus Torniellū & Cæſarianos ſe ſe oppoſuerunt: donec tranſmiſſo validiore præſidio. Torniello facultas adempta eſt vlterius eua

gandi:ſed tantūmodo leuibus prælijs quottidie íuicē certantes totam hyemem conſumpſerunt: neq; faci/ nus vllum memorabilius edebatur/q̄; quod oppida/ & loca omnia Immunita paſſim diripiebantur: & non modo depreheſi/ Viatores(adeo res in formam latro cinij venerat): Sed etiam intra proprias domos Oppi dani captiuabantur:neq; hæc tantum edebantur a la tronibus/quorum numerus/tum ob hominum egeſta tem/tum ob intermiſſas pleraſq; bellorū diuturnitate mercenarias artes haud erat exiguus: Sed ipſi etiam milites nullū/ p̄termittebāt Latrocinij genus:&ſi quē nacti erant cui aliquid corradi poſſe exiſtimarent:in auditis antea cruciatibus laceratum cogebant aurum excutere.Per id tempus Ioannes Iacobus Medices q cōmuni italorum Confœderatorum ſtipendio milita/ bat/ne omnino nihil ageret,Leucum tanq̄ oppidum ſibi oportuniſſimum in extremo Lacus Larij cum ſex centis peditibus circūſedit: neq; poterant Hiſpani Co mo auxilium obſeſſis mittere ob multitudinem na/ uium quas ipſe iāpridem Comēſibus eripuerat.Q ua re Antōius Leua ne p ignauiā oppidū amitteret/de creuit quando claſſe non poſſet terra auxilium ferre: eductis igitur Mediolano omnibus Copijs ipſe cum Germanis ad quintumdecimum ab vrbe lapidem Ca ſtra locat:Hiſpanos autem atq; Italos Pedites,quorū numerum receptis:Nouarienſibus p hyemē auxerat

expugnata Olginati Arce in ripa Abduæ poſita quã Medices antea occupauerat trans Abduam ire iu/ bet:vt terreſtri Itinere Leucum(eſt enim in altera la/ cus ripa)ingredi poſſent:Philippoq; Torniello impi/ gro Duci auxilij per vim obſeſſis ferendi cura deman datur.Nam Medices antea explorato Cæſarianorum Aduentu/&cũ Venetis/&cũ Sfortia Principe ege/ rat/vti ad ſe auxiliares armatorũ copiæ mitterentur: & acceptis a Venetis aliquot tormẽtis bellicis omnes aditus:Qui ob locorum/& montiũ aſperitatẽ diffici les erant/vallo/foſſiſq; obſtipauerat:vimq; hoſtium huiuſmodi auxilio haud magno conatu repellere ſpe rabat:& ne tanta ſpe fruſtaretur: ipſe quo periculum maius imminebat adeſſe ſuos ad ſtrenue pugnandum hortari/vt preteritam ignominiam præſenti virtute re ſarciant:arma ac Inſtrumenta ad inſtaurandos agge/ res aduerſus venturos hoſtes parare/Operarios mili tibus iubere adſiſtere:Venetos præterea in locis aſpe rioribus præſidio ponere:vt quanto locorũ natura tu/ tiores eſſent:tanto longius abeſſent periculo : Verum id fruſtra prouiſum eſt:Nam Cæſariãi occupato ex ad uerſo latere monte/quod Leuco imminet/ temptato infœliciter pluribus in locis aditu tandem qua Vene/ torum cohortes præſidio ſtabant/ irrumpunt: Quod ſentiens Medices:ſuſpicatus q̃ primum id quod antea varijs rumoribus ad ſe delatum fuerat/Sfortiã ægre

laturum/ſi Leuco Ipſum potiri contigiſſet: tormenta protinus/que a Venetis acceperat Nauibus impo/ſita abducit. Ipſe quoqꝫ cum ſuis Naues aſcendens/q̃s in ripa ad omnem caſum paratas habebat/Torniello & Cæſarianis facultatem reliquit Oppidi pro libito muniēdi ſtatimqꝫ agitare anīo cæpit/q̄ñ hac via Leuci potiundi facultas ſecus ceſſerat/alia rem aggredi: Nā Hieronymus Moronus/quē ſupra a Ferdinando Daualo Carceri incluſum fuiſſe retulimus/poſt tranſactum annū ingenti auri ſumma a Carolo Burbonio liberatus: & vna cū eo Romā profectus iam apud Philibertū Orangiæ Principem. Qui poſt occiſum Burbonium totius Exercitus præfecturā ſuſceperat/magnā ſibi vindicauerat auctoritatē: neqꝫ quidq̄ ſine eius conſilio a Cæſarianis Romæ agebatur: Is igitur/ſiue quod Medici bene eſſe cuperet: ſiue qđ in partes Cæſaris maiore q̄ antea ſtudio tranſiiſſet/Antonio Leuæ litteras mitti a Principe perſuaſit: Quibus monebat ne Medicis amiciciam aſpernaretur: Quæ magno ei aliquando vſui eſſe poſſet/ſimulqꝫ ipſe ad Medicen in eandem ſcripſerat ſententiam: & vt hominem quē rerum propagandarum cupidiſſimum agnoſcebat/magis alliceret ſe Iuribus Oppidi Leuci quod a Sfortiāis a Franciſco Galliarū Rege: & ab ipſo Ferdinando Daualo Cæſaris nomine dono habuerat Ceſſurum obtulit/modo partes Cæſaris iuuaret: Neqꝫ cōditiōes ad/

eo optatas Medices reſpuerat: Sed animi ſui conſilia minus declarans: quid ferret rerum euentus expecta/bat. Verum poſtq̃ Veneti/Qui pſidio ad Leuci Oppugnationẽ venerãt/Cæſarianis (vti retulimus) ceſſe re/dolum ſubeſſe ratus/Conditiones a Morono ob/latas Antonio Leua vltro eas concedente ſuſcipit: & Leuco potitus/magnas Cæſarianis præſertim in venden da Mediolanenſibus annona vtilitates attulit: Interea Carolus Imperator: Qui iam certior erat/ſummis Gallorum viribus/omniũq; fere Italorum Principum conſenſu Lautrechum in Italiam deſcendiſſe: Ne per ignauiam ſui opprimerentur/Henricum Iuniorẽ Prunſuicæ Ciuitatis in Germania Inferiori Ducem in Italiam mittit: & quãuis Veneti tranſitum eius impedire conati ſint: Frãciſcumq; propterea Vrbinatũ Ducem accerſiuerint: Qui toto ſuperiore ãno in Vmbria cum Salutiano Principe ſteterat aduerſus Cæſaria/nos qui Romæ inerant: tamen tantis viribus/tantoq; belli apparatu Germanus ſtipatus erat/vt tutius conſilium ſecuti Veneti ciuitates & Oppida munitiora præſidio firmare/q̃ extra milites continere maluerint Quare Germanus miles nemine obſtante alpes trãſgreſſus alia Oppida depopulari: alia incẽdere: ab alijs pecuniã extorquere: Coloni præterea vndiq; fugere pecus intra Ciuitates/ne præda Hoſtibus eſſet/abi/gere: Dum hæc agerentur/iam Mediolanenſiũ cala/

Mediolanenſium Calamitates tam ingens Annonæ penuria/ vt greges pauperũ fame morientium quottidie in vijs publicis reperirentur: Patritij autẽ qui pauci admodum in vrbe erant/ obſiti ſquallore/ & ſordibus conſpiciebantur: Ianuæ domorũ & Artificum Tabernæ paſſim erant occluſæ: atq; in frequentioribus antea Vrbis regionibus Vrticæ & ſentes accreuerant. Igitur quum eo indies redigeretur Status Ciuitatis/ vt diutius durare non poſſet: Antõius Leua quaſi Mediolanenſium cõditionem miſeraretur conuocatis ciuibus Iureiurando promittit/ ſi ex priuato Cenſu (publica.n.deerat pecunia) viginti dierum ſtipendia militibus pendantur/ Exercitum Vrbe educturum: neq; poſthac aliud onus a ſe impoſitum iri: Quod cũ Germanis haud placeret: ne quidpiã intactum in Vrbe relinqueretur monachorum/ & Virginũ cænobia ingreſſi/ preter Epulas/ quas laute ſibi parari iuſſerũt, tot quottidie moleſtias illis exhibebãt/ vt pleriq; mutatis veſtibus religionẽ diſſimulare cogerentur: neq; prius ad Cænobia reuerſi ſunt q̃ Germani omnes Antonio Leua ita iubẽte Vrbe exceſſere: Iam.n. æſtas aduentabat: & Papia quam tantis viribus/ tantoq; belli apparatu Lautrechus expugnauerat/ paruo negocio in Cæſarianorũ redierat poteſtatẽ/ dum Ciuitas Annibale Picenardo Sfortiãorum Peditum Tribuno ad continendos in fide Tranſpadanos profecto/ ſegniter

a Petro Longhenna/& Venetis qui eius tutãdæ pro uinciam ſumpſerant/cuſtoditur:Huiuſmodi Victo/ria ſubnixus reliquam Ditionem recipere properans milites omnes/& Mediolano/& aliꝭs etiam ex vrbi/bus/ac locis eduxit:Primumq; Abbiagraſſum petijt: Quod vix quattuor tulit Tormentorū ictus/cum de fenſores omni auxilij ſpe vacui ſe ſe tradiderunt: Poſt modum Aronam aggredi animo voluebat:niſi Federi cus Borromeus Sfortiæ rebus diffidens in partes Cæ ſaris tranſijſſet:His itaq; peractis vna tantum Ciuitas Laudenſis inter duos Amnes Ticinum/atq; Abduam reſtabat:quam & ſi valde cuperet Sfortianis eripere/vt potæ quæ prima Cæſarianorū effugerit manus/ini tiumq; recuperandi Imperij Francíſco Sfortiæ dede/rit:tamen quia maioribus viribus ad expugnandā ci/uitatē/q̄ ſuis opus erat Henrico Prunſuicenſi ipſum expoſcenti ad colloquiū in agrū Bergomatē obuiam proficiſci ſtatuit:vt illi perſuaderet/ne ante in regnū Neapolitanum traijceret ad auxiliū Cæſarianis a Gal lo obſeſſis ferendū:quā totū Mediolanenſem Duca/tum recuperaret:Quod quidem tam valido Exercitu aſſerebat breui poſſe fieri/p̄ſertim ob Sfortiæ inopiā: qui hactenus vt belli impenſam toleraret/præter cō ſueta vectigalia/multa tributa,& diuerſi generis one ra Laudenſibus/& Cremonenſibus impoſuerat:ac ex Alexandria ægre tantum pecuniæ percipere poterat

quantum ſatis eſſet ad Continendũ eius ciuitatis præſidiũ: Accedebat quod in tãto Germanorum metu/ parum a Venetis ſperãdum erat auxilij Qui relinquere nolebant ſua/ vt aliena tuerentur. In quam ſententiã cũ Germanus tranſijſſet/ relictaq; Bergomi Oppugnatione/ ſiue qđ Venetorũ timuerit potẽtiam/ ſiue qđ pecuniã propterea acceperit/ ad Laudem Ciuitatem traduxit Exercitum: At Franciſcus Sfortia: Qui ob aduerſam valitudinẽ bello intereſſe nõ poterat/ Brixiam profectus/ in Vrbe Laude Ioannem Paulũ fratrem cũ duodecim peditũ Cohortibus reliquit: vixq; circũſeſſa a Cæſarianis fuit ciuitas/ cum Germanus Princeps/ & Leua fecialẽ una cũ tubicine ad poſcendam Vrbem tanq̃ Cæſari debitã miſerũt: multũ omnibus qui intus eſſent minati/ niſi ſtatim ciuitas redderetur Ad ea Sfortia reſpondit/ ſe ab ipſomet Antonio Leua dum Papiam aduerſus potentiſſimum Regem tueretur dediciſſe/ q̃ pulchrum ſit minis hoſtiũ haud terreri: nihilq; ſibi optabilius/ quam palam omnibus facere quantum Sfortiana Virtus valeat. Quo circa reliquum erat Cæſarianis vim experiri: & prima quidem temptandæ irruptionis prouincia Antõio Leuæ & ſuis Ceſſit: Qui vt ſibi animos aut vires non deeſſe demonſtraret poſt quaſſata machinis bellicis aliquã diu mœnia: Hiſpanos/ Quorũ promptitudini: & audaciæ plurimum fidebat, ad murum qua maiorẽ rui/

nam dederat præmittit: Qui ſcutis ingentibus tecti, ſubſeq̃ntibuſq; ſcloppetarijs ſigna inferre intra Vrbẽ propugnatores e muris deijcere, ſuiſq; aditum aperire q̃ maxime eniti. Cõtra Sfortiani præter plumbeas & ferreas pilas/quas tormentis ſcloppiſq; emittebãt ſaxa, & ſudes in Cæſarianos voluere gladijs, atq; haſtis irrũpentes cũ ſcutis hoſtes detrudere, ac in foſſas præcipitare, ingentiq; clamore Hoſtium ignauiam increpare: quod patefacto per ſtrata mœnia aditu, tamẽ ingredi non auderent: Itaq; cũ ſupra horã tertiam atrociter pugnatum eſſet, nox inequali iactura præliũ diremit. Nam Cæſariani ob ſuorum cædem: qui tot præteritarum victoriarũ memores ſpe potiundæ ciuitatis glorioſam mortẽ oppetiuerant, mœſti redibant in Caſtra. At Sfortiani repulſa, tantis animis hoſtium vi ingentem hoſtium numerum, eorũq; minas, parui pendebant. Cupiebãtq; vt rurſus prelij fortunam experirentur. Sed quia ſecus primum certamen ceſſerat & ante maturas fruges vrbem Cæſariani circũſederãt victus pẽuria breui ſperabãt Sfortiãos ad deditionẽ cogi poſſe. Neq; illos diuti9 ea ſpes fruſtratura erat. Nã congeſta in vnũ intus omni annona iam nemini p̃terq̃ militibus panis Impartiebatur: adeo vt vniuerſus Populus, uel ſummo cum Captiuitatis, aut cædis periculo egredi, vel intus fame mori cogeretur: niſi eo anno incertum an Cæli intemperies, an tot impendentium

periculorũ

periculorũ mœtus an forte vt pleriq; arbitrant̃ diuina vindicta tot pniciales morbos attuliſſet:vt in vna q̃q; regione Italiæ innumerabiles intra paucos dies ægro ti morarentur adeo vt multo plures ea æſtate/q̃ de/ ſœuiente in Ciſalpina Gallia ſuperioribus annis pe/ ſte fato ceſſerint.inuaſit itaq; ea lues Cæſarianorũ Ca ſtra : qui Laudenſes obſidebant/& præcipue Ger/ manos milites:neq; vllus poſtq̃ ægrotaſſet/conuale/ ſcebat:& pleriq; fatum illud euitare non ſperabant: niſi in patriam redirent:Atq;:tum hac potiſſimũ cau ſa:tum ob victus penuriam/quam diuturnitas attu/ lerat belli:Germani frequentes quottidie ex Caſtris diſcedebãt:& in Germaniam per Rhetorum & Elue/ tiorum loca reuertebantur:neq; ea res Ducem eorum valde mouebat quum temptata infœliciter prima expeditiõe difficiliores/quam antea ſperauerat/res Italiæ cognouiſſet:Accedebat qđ cõſumpto fere omni militum ex Germania allato ſtipendio/nõ modo ſuos in Neapolitanum Regnum ad liberandũ Cæſaris Ex ercitum/adducere non poterat.Sed nec diutius apud Laudẽ vrbẽ in Caſtris continere : atq; ab Antonio Le ua qui ad eam diem ſuos priuatis aluerat Oppidano/ rum ſumptibus/quotidie edocebatur/quanta Medio lanenſiũ eſſet calamitas vt omnẽ exueret ſpem/ſi qđ ab eis corradi ad ſuſtentandũ tam numeroſum Exerci tum poſſe exiſtimaret ſimulq; omnia ipſius Leuæ fa/

cta/ & conſilia eo ſpectabant poſtq̄ ditionis huiuſmo di auxilio redintegrandæ ſpe deiectus eſt vt Germa/ nus q̄primum Italia abſcederet:ne Mediolanenſiū Im perio/qbus ſolus ad eā diē ipſe p̄fuerat/ excluderet̃.

Galeatii Capellæ de rebus geſtis p̄ Reſtitutione Frāciſci. II. Mediolanēſium Ducis Liber octauus & vltimus.

INterea Franciſcus Galliarum Rex/qui aſſi duis Lautrechi nūcijs certior reddebat̃ q̄tū ſibi imineret p̄iculi/tum ob ſtipēdij defectū tum ob eaſdē febres quæ vt in cæteris Italiæ locis ita in ipſius exercitu pleroſq; ex militibus p̄ſertim Ger/ manos:& Gallos inuaſerant. Franciſcū Burboniū vnū ex p̄ceribus ſancti Pauli Comitē cognominatū cū ali/ quot Equitū turmis/& Peditū octo milibus in Italiā mittit:Ea ratione vt ſi Henricus Dux Prunſuicenſis in Neapolitanū Regnū proficiſceret̃ ad Cæſarianos li/ berādos:pariter/& ipſe ſeq̄ret̃, Lautrecho ſuppetias laturus:ſin minus Venetis & Sfortiāis cōiūctus in In ſubribus aduerſus Antoniū Leuā bellū gereret:neq; p̄ ignauiā ſineret res Cæſaris incremētū accipe: & for te in Italiā eo tēpore applicuit:quo Dux Prunſuicēſis ob ſuorū diſceſſum in Germaniā reditū parabat:Itaq; huiuſmodi cura liberatus recup̄atis in finibus Tran/ ſpadanorū prius aliquot Oppidis/& Caſtellis;q̄ pau/

loante in poteſtatē Cæſarianorũ puenerant: Dũ Sfortiani Germanorũ metu vires oẽs ad defendẽdas ciuitates cõtraxiſſent/in agrũ Cremonẽſem puenit. Interea Germani q̃ p̱ Carolo Cæſare in Italia militabant/ad pauciores quottidie redigebãtur: Italiq̄ admixtis Hiſpanis vix triũ miliũ explebant numerũ: Eq̃tatus etiã erat exiguus: Ipſeq̄ Antonius Leua/ad quẽ poſt receſſum Ducis Prunſuicẽſis ſumma rerũ redierat/relicta iamdudũ Laudenſis vrbis obſidiõe cũ omni militũ robore Melignani Caſtrametabat̃ neq̄ diutius ſtipẽdij defectu ibidẽ morari poterat: Sed neceſſe illi inerat alia rõne Exercitũ alere/animoq̄ agitabat quomodo Mediolani ad vrbis p̄ſidiũ Germãos ſaltẽ proximã hiemẽ cõtinere poſſet: Quãobrẽ Mediolanenſes metu pculſi ne iterũ ad cõtributiões aut ad p̄bẽda militib9 cibaria redeundũ eſſet: & ſi bis ãtea oratores ad Cæſarem in Hiſpaniã ad querendum tot malis auxilium fruſtra miſiſſent: tamen ne ſibimet defuiſſe viderentur/tertium cum litteris oratorem in hanc ſententiam deſtinarunt. Iam dudum sereniſſime Cæſar calamitates noſtras/& per litteras/& per oratores Maieſtati tuæ patefecimus: quos ſingillatim quibus hactenus erumnis a militibus tuis vexati fuerimus ſignificaſſe non ignoramus. Sed quia nullum adhuc remediũ ſenſimus adhiberi, neceſſitate coacti oratorẽ hũc nouiſſimum mittimus: vt ſi alij leniores in querenda

tot malis medela viſi fuerint: is tanq̃ poſtremus totũ vulnus detegat:ne te ignoraſſe vnquã aſſerere poſſis quæ & quanta poſtq̃ hic a tuis dominari cœptũ eſt per tulerimus. Poſt exactũ enim diuturnũ a nobis militũ tuorũ ſtipẽdiũ oẽm exercitũ tuũ ĩtolerabili in nos licẽ tia debacchãtẽ octo mẽſes aluimus. Mox rẽouato bel lo & deficiẽte rurſus ſtipẽdio q̃ndecim alios mẽſes co/ acti fuimus quotidie pecũiã iuxta ſingulorũ mille au reorũ cẽſum ad ſũptũ duorũ peditũ cõtribuere. Q uæ ſumma ad q̃dringẽta aureorũ milia excreuit neq; tam diuturno malo niſi collato ẽt aureoꝝ trigĩta q̃nq; mil.ũ tributo finis ĩpoſit9 eſt: qd̃ vt in tpe exigi poſſet/pluri ma p̃dia ad pauperũ vſũ teſtamẽto diuerſimode lega ta viliſſimo p̃cio vẽdere oportuit. Atq; eo tpe tot dom9 a militib9 tuis dirutæ, tot virgĩes, tot nuptæ tot uiduæ & infantes cathenis multoties/ob cõferẽdæ pecũiæ ĩpotẽtiã vincti fuerũt: tot ciues dignitate/atq; opib9 ãtea ſplẽdidiſſimi a militib9 tuis, pecũiæ cã/in uincu la cõiecti occubuerũt ut nẽo diuturni9 aut miſerabili9 ulli9 unquã ciuitatis excidiũ uiderit. Nã p̃ter eos q do mi/foriſq;, ob uict9 ĩopiã, uita exceſſerũt, pleriq; iis q nõdũ defecere pane tãtũ, & aq̃, diu uitã tolerarunt Q uid toti9 agri uaſtitatẽ, agricolarũq; fugã referre opus eſt? qb9 ob crebras militũ incurſatiões, nihil ad uitã tuendã relictũ iam dudũ fuit: ut nõ alia ex cauſa tot exitiales morbi omnem ditionem Mediolanenſem

inuaſerint: qui & magnum ciuium noſtrorum nume/rum ſuſtulerunt: & paucos in agris reliquerunt ſuperſtites: Si qui autem euaſerunt/ tanq̃; prorſus omni melioris fortunæ ſpe deſtituti in alienas profecti ſunt re/giones: vt quod vitæ supereſt in quietioribus locis trã ſigant. Atq; in hoc rerum ſtatu nouum tamen bellum quemadmodum minime tibi ignotũ eſſe arbitramur aduerſus hanc infæliciſſimã vrbem parari audimus. Quo circa quum nihil nobis reliqui ſit/ quod ad ſu/ſtinendos belli ſumptus denuo conferamus/ præter animam: eam ipſam/ tanq̃ a Deo acceptam ipſi vni cupimus (quoad licet) ſeruare vt autem aliquandiu li/ceat: te Cæſar inuictiſſime ſuppliciter/ multiſq; cum lachrymis obteſtamur: obſecramuſq; ne eã nobis cle/mentiam deneges: quam etiam hoſti nõ impartiri turpe eſſet. Huic vrbi nõnũq̃ dominatæ ſunt externæ gentes: quæ vrgentibus bellorum neceſſitatibus Imperiũ relinquere maluerunt: licet fortaſſis (vbi melior ſe ſe offerret occaſio) illius recuperatiõem temptare in animum induxiſſent/ q̃ nobis nihil tale merentibus ex/cidio eſſe. Eam autem ciuitatem Cæſar quæ non mo/do opes ſed vitam etiam & ſanguinem pro eius exer/citu ſuſtinendo iamdudum contulit peſſum ire pa/tietur? honeſtiſſimaſq; populi aliquãdo de ſe benemeriti preces negliget? neq; tot malis ipſe qui ſolus po/teſt auxiliũ feret? Quod ſi nullum/ aut ſerum futũ

rum eſt audies paulopoſt eos qui adhuc Mediolãi ſu perfuerunt quum iam ad patiendum non ſufficerent patriam reliquiſſe/& victum miſerabiliter petere ab ignotis/ſi modo qui præbere non abnuat quiſpiam reperietur. Secus ferarum more herbis veſcemur:quod adhuc plurimi/ ob inopiam facere coacti ſunt:neque id tamen abſq; tuæ laudis ĩminutione euenire poterit cuius cauſa nos ad huiuſmodi miſerias adductos fuiſ/ſe palã feretur:meminiſſeq; debes te quoq; natũ eſſe mortalem:atq; in hac ſuprema Imperii ſede ad ſalutẽ, non ad hominum perniciem a Deo cõſtitutum:eidẽq; omnium abs te reddendam aliquando eſſe rationem.

Nihil autem ea legatio litteræ ue profecerũt preterq̃ qd Cæſar poſt tertium menſem eos per litteras hor/tatus eſt vt paululum adhuc tolerarent/ fore enim vt breui intelligerent nihil quiete Italiæ ſibi eſſe carius Interea Antonius Leua animo voluẽs q̃ odioſum eſſet ſuperiorum contributionum nomen : excogitata alia recuperandæ ingentis auri ſummæ ratione/ pœna capitis/& fortunarum proſcriptione indicit/ne quis panem conficere poſſit aut farinam domi habere/præ/ter eos/qui huiuſmodi vectigal conduxerant a quibꝰ in ſingulos farinæ medimnos aureos tres nouem po/ſtea menſes exegit:eaq; pecunia non modo Germanis ſed & hiſpanis/& Equitibus ſtipendia abunde ꝓbuit reliquos autẽ Nouariæ & in Laumellinæ aliquot oppi

dulis/ac per villas agri Mediolanenſis totam hiemem non tantum victum quærere: Sed impune etiam/quũ aliter continere eos non poſſet/predari permiſit. Dum hæc ab Antonio Leua ad protrahendum bellum pa/rarentur: Iam Franciſcus Burbonius iunctis Sfortiano rum/ac Venetorum copiis ad circumſedẽdam Papiã profectus erat: neq; Leua præter ducentos Germãos/atq; Italos ferme octingentos/quos in Ciuitatẽ paulo ante præſidio miſerat/quidq̃ auxilij poterat amplius ferre. Sed Melignani ſe continebat/rei exitum expe/ctans, Verũ poſtq̃ magna vi ab hoſtibus mœnia quaſ ſari audiuit: Mediolanum redire ſatius eſſe duxit/q̃ foris ſine auxilij præſtandi facultate diutius pnoctare Oppugnata itaq; aliquot dies Ciuitate, & ſtrata haud parua murorũ parte Galli admixtis Venetis/& Sfor tiãis dato pugnæ ſigno tãta animi prõptitudine ꝑliũ ineunt: vt qintus erant/licet ſtrenue reſiſterẽt ad pro pugnandum non ſufficerent: Sed poſtq̃ Petrus Bira/gus vnus ex ipſorũ ducibus ſcloppo crus grauiter ſau cius concidit: neq; ſe ab humo tolli/ne Interea ſui præ lium deſererent paſſus eſt: & Petrus Butigella Cæſa/rianorum pariter Dux eodem tæli genere vulneratus pugna abſceſſit: tũc ſine vlla amplius difficultate Sfor tianis & precipue Annibali Picenardo Cremonenſi/qui peditibus mille & ducentis præerat/maxima laus Vrbis captæ ceſſit. Per eos dies Gẽua quæ totã æſta

tem atrociſſima peſte laborauerat:adeo vt non ſolum ciues/ſed ipſi etiam milites/qui vrbi præſidio ſtabãt vrbem deſerere cogerentur/magno in diſcrimine con ſtituta erat:Nam Andreas Auria/quem ſupra Regiæ Claſſis præfectum eſſe retulimus/parum gratũ exiſtimans in ſe Regis animum maius q̃ dici poſſet/odium in illum contraxerat/duoq̨/hominem præcipue mouebant:Vnum qđ non tantum Lautrechus/ſed ipſe etiam Rex ab eo efflagitauerat Alphonſum Daualum Aſcanium Columnã:& nonnullos alios Cæſarianorũ Duces/Quos occiſo Vgone Hiſpano Neapolis Prorege Philippinus eius ex fratre Nepos magna cum laude diſſipata Neapolitana claſſe captiuos fecerat:ipſiq̨ valde Rex ſuccẽſere/niſi illos redderet videbatur.Quod quidem Auria iniquum eſſe aſſeuerabat/quoniam iure belli facultatem ſe ſe pecũia redimendi captiuis feciſſet:neq̨ fidem ſuam frangi/neq̨ pecuniam ſibi debitam eripi æquũ putabat:Alteram prætendebat offenſionis cauſam ob ſubductum promiſſum ſtipẽdium:& propterea miſſionem aliquoties expoſtulauerat/vt ſibi quo vellet cũ Triremibus abire liceret:quã quũ Rex minime cõcederet teſtat9 iureiurando/quod ipſi alias preſtitiſſet amplius nõ teneri.Iam ſe Regis hoſtem aperte profitebatur:& cũ Genuenſibus a quibus ob rei Naualis ſcientiam:plurimi fiebat/inibat conſilia Patriæ libertatis reſtituen/

dæ:multorumq; animos aduerſus Gallum irritabat/ quod non ſolum Saonenſes:qui antiquo iure Genuenſibus ſemper paruerant/liberos effeciſſet: Sed cõtra toties promiſſam fidem antiquã etiã Genuæ oppreſ/ ſiſſet libertatem. Quæ quidem multoante proſpiciẽs Theodorus Triuultius iamdudum ad Regem ſcripſerat ſatius eſſe Saonam Genuenſibus reddere: q̃ populis natura leuiſſimis eo tempore nouãdarum rerũ præbere cauſam ſimulq; monebat Auriam virum ad oẽm rem maritimam oportuniſſimum liberalitate atq; offi/ ciis continere optimum ſibi videri. Sed dum Rex fidelibus Triuultii conſiliis minus auſcultat: Auria forte nactus occaſiõem dum peſtis adeo ſœuiret/vt ciuitas pene ab omnibus deſereretur ipſeq; Triuultius vrbis præfectus multitudinem fugiens intra arcem ſe contineret/cum armatis aliquot triremibus vrbi appropinquat:quãuis in recipienda per vim ciuitate parũ pro/ futurus niſi Gallica claſſis/quæ tum in portu ſtabat/ metuens ne ſibi iter in Galliam intercluderetur/con/ feſtim abiiſſet: Itaq; paucis repugnantibus Auria cũ ſuis qui numerum quingentorum nõ excedebant Genuam ingreſſus eſt: vocatiſq; ſtatim ad libertatem ciuibus omnes ad arma ſuſcipiẽda hortatur: ipſiq; Dii velle videbantur Italiæ imperium e Gallorum manibus vindicari. Nam intoleranda vis morbi omnium ferme corpora in tota Italia per eam æſtatem adeo vexauit:

vt temporis vitio pauci reperti ſint qui non ægrotaue/ rint. Quamobrem in Gallico exercitu / q iam quartũ menſem Neapolim obſidebat / multitudine languen/ tium plerіq; neglecti deſertiq; moriebantur: quottidia naq; funera ob omnium oculos erant. Et quãuis eadẽ quoq; morbi vis Cæſarianos inuaſiſſet tamen vmbræ tectaq; vrbis ipſos recreabant. At Galli diu circumſe/ dendo / lociq; ipſius grauitate ex quinq; & viginti ar/ matorum milib9 intra triginta dierum ſpatium amiſ/ ſo interim Lautrecho Duce ad quattuor milia redacti ſunt. Atq; ita Neapolis obſidionem deſerere coacti ca pti & ſpoliati prope omnes ad Auerſam vrbem fuere. Huiuſmodi igitur nuncio Genuenſes tanq̃ diuino au xilio freti Theodorum Triuultium non ſolum obſide re intra arcem pergunt. Sed etiam aduerſus Frãciſcũ Burboniũ / Qui ex Inſubribus digreſſus cum tribus milibus expeditorum militum Genuam properabat alacres vrbem tuentur / & obſidionem arcis haud in termittunt. Quare Gallus qui omnem recuperandæ ciuitatis ſpem in celeritate poſuerat: & propterea mi/ norem commeatus ſecum adferendi habuerat rõnem cum ob locorum aſperitatem & populorum in Gallos concitatum odiũ nullatenus efficere poſſet vt in vſum exercitus annona in tempore ad ſe adferretur: & cum paucis ipſe pfectus preter ſpem hoſtes magno in nu mero intra vrbem veniſſe intelligeret: re imperfecta

retrogreſſus Alexandriam ſe contulit: ibiq́ quoniam tempus ita expoſtulabat hibernare cum militibus cõſtituit. At Genuenſes maioribus animis obſidioni innixi intra paucos dies Triuultium penuria victus coegerunt ad arcis deditionem: Mox cum validiorib9 copiis aduerſus Saonenſes / profecti / ſeruitutis iugum nemine auxiliũ ferẽte ſubire coegerũt. Adempta igitur in hũc modũ Gallis Genua cũ in ꝓximũ annũ omnis Frãciſci Sfortiæ recuperandi Mediolañ. Ducatus ſpes coniecta foret: reliquum erat per hiemem nequaq̃ ſinere hoſtium vires in Inſubribus incrementum accipere: Dum interea Galliarum Rex validiores copias pararet: quibus & amiſſum prope partum Neapolitanum Regnum recuperare poſſet: & Cæſarianos iuxta fœdus Italia expelleret: Cæterum nihil æque Regis animum angebat / ac Genuæ amiſſio: quod & ciuitas eſſet ob vicinitatem peroportuna rebus ſuis & antiquo titulo obnoxia: & quod priuatus Ciuis qui tot annos ipſius ſtipendio militaſſet nullo externorum Principum auxilio non ſolum florentiſſimam Ciuitatem occupaſſet: Sed pulſo etiã vndiq́ Gallico preſidio Regiã potentiã contẽnere videretur Quãobrẽ: Franciſcus Burbonius: Qui Regis animum plane nouerat quũ per exploratores audiuiſſet Genuenſes tanq̃ ab hoſte ſecuri eſſent oẽm ferme militarẽ cuſtodiã intermiſiſſe ſimulq́ relatũ eſſet inuiſam eſſe multis nimiã Auriæ

potētiā:occaſionē recipiēdæ Genuæ oblatā eſſe exiſti-
mans. Monteiāo peditū p̄fecto negociū dat/vt cū ex
pedita militū māu celeri itinere proficiſcatur. Fieri.n.
poſſe vt in proximā noctē Genuā aduentaret: anteq̄
occuparet vrbē quā quidquā tale a ciuibus ſuſpicare/
tur:& quoniā relatū quoq̄ erat Auriā nōnunquā in
Suburbāo extra ciuitatē p̄noctare eiꝰ p noctē cōpre
hēdēdi cura Valcerchæ vni ex Centuriōibꝰ q̄ melius
de facie hominē nouerat iniūcta eſt. Et militibus q̄dē
conficiendi itineris ſedulitas nō defuit. Sed quū om/
nia quæ de Genuenſiū negligentia dicta erant vana
eē cognouiſſent:neq̄ in Suburbano per eā noctē Au
ria morā traxiſſet:ne tantū itineris fruſtra eſſet confe
ctū/direpta ipſius Auriæ domo omnes Alexandriam
extemplo rediere:neq̄ amplius Genuenſis expedi/
tionis tentandæ Gallo oblata eſt oportunitas:Nā poſt
quā Carolus Cæſar in Hiſpania Auriæ facinus agno/
uit/haud ignarus quantum antea rebus ſuis in Italia
detrimēti allatū eſſet ob Genuæ iacturā vrbē rei ma
ritimæ oportuniſſimā in diſcrimen amplius adduci no
luit Igitur nauibus eo tranſmittit Hiſpanorum pedi/
tum circiter duo milia/vel ad Oræ Liguſticæ(ſi opus
fuerit)defenſionem uel ad augēdum Leuæ in Inſubri
bus exercitū Quocirca ipſius Leuæ iuſſu quāprimū
Lodouicus Barbianus/qui iamdudū Gallorū manus
effugerat Genuā proficiſcitur vt peditibus Italicarum

rerũ ignaris præeſſet:& poſtquã aliquãdiu inter ſaxa & rupes milites omniũ rerũ egenos continuit ægreq̃ʒ illi in villis/& montanis Oppidulis ſine ſtipendio & pecunia uictum ſibi parare poterant:neqʒ Genuẽſes intra Vrbem illos admitterent:per apennini ſaltus in Placentinos profectus/Gallum/ac Venetos vna cũ Sfortianis fefellit:qui iampridem æſtate aduentante inſtauratis Exercitibus/auctiſqʒ tam Pedeſtribus/q̃ Equeſtribus copijs in primis Barbiano/& Hiſpanis nuper adductis iter ad Antõiũ Leuã intercludere ni/tebant̃:Sed dũ Derthoneñ.atqʒ Alexandrinum agrũ obſeruant/qua venturos exiſtimabant/illi longiore via profecti per mõtana loca/quæ Romanæ Eccleſiæ parebãt celeri curſu ad alteram Padi ripam aduerſus Belgioſum oppidum perueniunt,Cumqʒ eo Antõius Leua adductis omnibus copijs Mediolão veniſſet na cti ab incolis naues nemine repugnãte Padũ traijciũt Venerant autẽ ex Hiſpania adeo omnium rerũ egeni neqʒ preter victum quidq̃ in liguribus ſuperlucrari va luerãt/vt pleriqʒ ſine calceis/multi abſqʒ induſio & la cerna/omnes autem prope ſeminudi prodirent in pu blicum.colore etiam & vultu ita ſquallidi erant/vt fa me conſumpti viderentur/ac vt veriſſimo vocabulo egeni ab omnibus nuncuparẽtur.Neqʒ eorum in vrbẽ aduentus minores q̃ antea reliquorum militum cala/mitates attulit:Nam quũ Germani/quibus abunde

ſtipendia ex nouis panis Vectigalibus pendebātur/
eo importunitatis proceſſiſſent/vt pro libito domos ci
uium ingreſſi hic prandium illic Cœnam ſibi parari:
nec niſi accepta etiam pecunia abire vellent/occluſis
foribus pleriq; intra priuatos parietes deliteſcebant:
neq; propterea tuti erant nam per tecta/per feneſtras
trans muros allatis ſcalis ītroibāt/nihilq; proficiebāt
qui tantæ inſolentiæ ad Antonium Leuam deferebāt
querelam/quin adeo mos huiuſmodi inualuerat: vt
verteretur in iocum ſi in quampiam domum dum ali/
quis egrederetur:Germani ſtatim irrumperēt. Poſtq̄
autem Egenorum multitudo in Vrbem confluxit/id
adiectum eſt mali/quod per compita/& vias interdiu
nōnunquā veſtimenta ciuibus detrahebantur ꝑ vim
& cum pecunijs crumena auferebatur. Quocirca(vti
dictum eſt)pleriq; ex his quibus quidpiam adimi po
terat/domi occluſi totos dies permanebant:expectan
tes quem finem tam diuturnum bellum aliquando
eſſet habiturum:Iam enim Gallus Mortarium ꝑ vim
receperat: & Philippus Torniellus relicta Nouaria
Mediolanum ſe contulerat/neq; preter duas Arces
quiſquā locus Cæſarianis trans Ticinum parebat/Ve
netiq; traiecto Abdua cum omnibus copijs Meli/
gnanum rurſus venerant:Ipſi autem Sfortiani licet nu
mero pauciores:tamen fortitudine & robore præſtan
tes partim ad Gallum/partim ad Venetos trāſiuerāt:

vt in vtroq; exercitu/quoniam bellum confici ſua magis intererat:aduerſus hoſtes pugnarent: verum ſtatim conficiendi belli ſpes concidit: Poſtquã.n.in aciem exercitus prodijt:cognitũ eſt & Gallum/& Venetos pauciores militũ copias adduxiſſe quã ſe ſe antea habituros iactauerãt. Quamobrem Sfortia admonebat quando Mediolanum Vrbem adeo vaſtã/ præſertim nouis Hiſpanis ad Leuam auxilio ꝓfectis, oppugnare ipſi haud ſufficerent vt diuiſis copijs Veneti Caſſianum:Galli Abbiagraſſum ſe ſe reciperent/Equitatuq; prohiberent quidpiam ad hoſtes comportari: fieri enim poſſe/vt Ciuitas paruo temporis ſpacio ad deditionem cogeretur/quum ob diuturnũ bellũ in toto agro Mediolanenſi nullæ ferme eſſent ſegetes/omniaq; alia eſculenta iamdudum direpta fuiſſent: Sed Gallus vbi recuperandæ Mediolanenſis ditionis facultas non daretur/mandatum a Rege accepiſſe aſſerebat/vt rem potiſſimum Genuenſem curaret: & propterea trãs Padum redire ſibi ſatius eſſe:quum Veneti Caſſiano/Sfortiani autem Papia:& Vigleueno hoſtem comprimere valerent:ne longius euagaretur:Itaq; in Caſtra reuerſi Duces/confeſtim Veneti Melignano mouerunt:ipſe autẽ Gallus qui ſuos propius vrbẽ admouerat/ad Vicum Landrianũ/duodecim paſſuũ milibus inter Papienſem/& Laudẽſem viam ab vrbe ſe contulit:ibiq; dum impedimẽta & machinas belli/

ċas/unaqꝫ primã ſuorũ aciem præmittit & ipſe ſerius diſcedit cũ media & poſtrema acie. Leua Mediolani ꝑ ſpeculatores certior redditus Gallum præmiſſa copiarum parte Landriani moram trahere uocatis ad conſilium Ducibus: Magna inquit adipiſcendæ uictoriæ nobis ſe ſe offert occaſio: Veneti unaqꝫ Sfortiani ſicuti hodie accepi cum Gallo diſcordes Melignano abierunt: Gallus autem Landriani ſubſtitit: huic ego congredi/ſi me ſequi uolueritis iamdudum animo agito/ nec uereor/quin ueſtris uiribus nihil tale opinantem ante opprimam/quã arma expedire/quã aciem dirigere ualeat. Cæterum ſi forte prius inde abierit fugati hoſtis gloria: ſimulqꝫ ex ultimo agmine nobis prædá minime poterit deeſſe Cumqꝫ omnes in eãdem ſententiam tranſiſſent: ad arma per totam urbem conclamatur: & in unum coacti omnes ſuper induto armis albo induſio/ut per noctem a ſuis dignoſcerentur/Antonium Leuam ſecuti ſunt/nõ ſine magna ciuium admiratione: qui hoſtes diuiſis copijs abijſſe neſcij/ non obſtupeſcere non poterant cum uiderẽt ipſum Leuam ob podagram & articularem morbum ſella incubantem a quattuor hominibus armatum geſtari/memoreſqꝫ cladis apud Caratum ſuperioribus annis Medici illatæ/exiſtimabant ſtrenuum quidpiam facinus temptari: Sed ob numeroſiorem/& omnibus rebus magis inſtructum hoſtem diſſimilem exitum ſperabant

rabant

rabant:conſtitutis igitur in hunc modum inter ſpem/ & metum Mediolanēſibus/quum per noctem Cæſariani ſine tubarum aut tympanorum ſono pedetētim proceſſiſſent:atq; ad duo miliaria vicinos haberēt hoſtes:Iterum ab exploratoribus admonitus Leua illos nondum Landriano abijſſe/citatiore gradiens paſſu prius illos inuaſit/q̄ ipſorum aduentum perſenſiſſent Quare cum vix arripiendorum armorum tempus cōcederetur/Iamq; prima acies ſub Ioanne Thoma Galerato Mediolanēſi præmiſſa abeſſet longius/neq; admonita in tempore reuerti poſſet: reliquū erat Gallo his Copijs quæ ſecum erant pugnæ fortunā experiri: Maximam autem ſpem poſuerat in Germanis peditibus:quos ad duo milia & quingentos/ tum e Germania tum e Cæſarianorum tranſfugis antea collegerat: niſi & ipſi fortunam, Animoſq; cū Domino mutaſſent Nam in primo congreſſu perculſi loco ceſſerunt: & niſi aliquantiſper Italorum peditum circiter duo milia Ducibus Hieronymo Caſtilionenſi: & Claudio Rangone Mutinenſi: impetum ſuſtinuiſſent: nemo in toto Exercitu erat qui non ſtatim omnem ſalutis ſpem in fuga poneret: Sed dum Italis eorum conſpectum fugere/ quos nuper oppugnatum venerant/ ſummum dedecus videtur prœliatum eſt parumper æquis animis: mox Equitatu/& Germanis

N

terga dantibus/Itali pariter pugnæ Victoriam hoſtibus concedunt ipſeq; Burbonius dum fruſtra præ/altam foſſam equo tranſilire nititur cum Caſtilionêſi & Rangone/atq; aliis q̄plurimis in hoſtium manus incidit. Atq; ita equi/iumenta/vehicula/omnis fere & Gallorum & totius exercitus ſupellex/machinæq; imprimis bellicæ Cæſarianorum præda fuere: reliqui autem/qui abiectis/aut relictis impedimentis abiere cum prope Papiam applicuiſſent a Picenardi militibus/qui preſidio ibidem inerant/armis atq; equis exuti/plus auaritiam in hominibus iamdudum prædæ aſſuetis/quā amicitiam/aut fidem poſſe perſpexerunt. Per idem fere tempus Nouariæ memoria dignum facinus editum eſt. Nam poſtquam Antonius Leua exploratis hoſtium viribus cognouiſſet ſibi ab eorum impetu parum timendum eſſe Philippum Torniellum cum trecentis ferme peditibus paruoq; Equitatu Mediolano emiſerat ea ratione/vt dum hoſtes cis Ticinum moram traherēt Torniellus Amnem tranſgreſſus Nouariam reliquaq; eius agri loca reciperet: Sed quia nullæ naues ad traiiciendum fluuium aderant/Lembos duos carris impoſitos ſecum adducit: Atq; ita cum paulatim ſui Amnem tranaſſent: equiq; habenis ab iis/qui in Lembis erant/deducti ad alteram ripam incolumes perueniſſent:

improuiſo nonnullos Sfortianos Pedites: qui Arcem quandam circunſederant/ aggreſſus/ nihil tale opi/ nantes oppreſſit: Itaq; armis impedimentiſq; ſpolia/ tos capto eorum Duce abire permiſit: Poſt hæc No/ uariam ire pergens per Arcem quæ a Cæſarianis te/ nebatur/ in vrbem intromiſſus alterum Sfortianorum Ducem cum peditum cohorte coegit ad vrbem tra/ dendam. Exinde quia maturæ erant ſegetes: & coloni Gallis & Sfortianis victoribus bona ſpe pleni armen ta e montibus domum coegerant emiſſis militibus properat undiq; prædam agere: At Præfectus Arcis iam ſemotis hoſtibus nihil ſibi amplius timẽdum pu tans cum aliquot e ſuis animi relaxandi gratia per vrbem nonnunquam inambulabat/ quum captiui quinq;/ duo ſcilicet Sfortiani/ reliqui Nouarienſes cu ſtodiæ cauſa eo adducti nonnullorum auxilio/ qui in Arce opus faciebant arreptis armis & paucis hiſpa/ nis qui intus erant/ partim trucidatis/ partim in car/ cere coniectis dominatum adſumunt: & quia nondum Gallos profligatos fuiſſe audiuerant/ auxilium a ſuis haud fruſtra ſperabant. Nam Sfortia q̃primum Tor/ niellum Mediolano egreſſum eſſe per exploratores cognouerat/ Nouariam ipſum petere exiſtimans ad ſuorum tutelam Ioannem Paulum fratrem cum vali/ da Peditum/ atq; equitum manu iuſſerat properare:

iamq; Vigleuenum applicuerat / quum Torniellus audiens Præfectum arce excluſum / nullam moram interponendam ratus eo accurrit: miniſq; primum pro pugnarores / niſi portam recluderent / terrere: mox arma expedire: ſcalaſq; parare / ac ſuos ad conſcen/dendum hortari: At Sfortiani qui intus erant / ob paucitatem diffiſi nihil preterquam de conſeruanda ipſo/rum vita pacti / demiſſo ponte Torniellum intro ad/miſerunt: Itaq; ipſi incolumes reliquis Nouarienſibus trucidatis validiſſimam Arcem / quã inopinato euen/tu hoſti eripuerãt deſerere coacti ſunt: Dum hæc agerentur / iam fama erat Carolum Cæſarem poſt Gal/lorum apud Neapolim excidium / ingentem triremiũ atq; omnis generis nauium numerum paraſſe: Italiãq; decreuiſſe eo anno petere vt de more Imperatoriam coronam adſumeret: & idcirco Barcinonæ fœdus cum Clemente Pontifice pcuſſerat oblitteratiſq; odijs Medicum familiam quam Florentini direpta a Cæſaria/nis Roma ciuitate eiecerant: reſtituere promiſerat. Inſuper quietem italicam ſibi iamdudum cordi eſſe aſſeverãs / nihil pro communi Chriſtianorum pace ſimulac in Italiã veniſſet ꝑtermiſſurũ pollicebat: Iamq; Andreas Auria / ipſi obuiã cũ Genuenſiũ Claſſe in Hi/ſpaniã ꝓfect9 erat: & Galliarũ Rex oĩa ſibi in bello aduerſa hactẽus cõtigiſſe ꝓſpiciẽs malebat legatiõibus

anch'io pro… ſibi su… … papa

de rebus ſuis/q̃ armis cũ Cæſare agi: ſperabatq; æqo res conditiones referre/ſi fœdus ante aduentũ ipſius in Italiam tractaretur: Atq; ob id Lodouicam matrẽ adhibitis aliquot Regni conſiliarijs in Piccardos præ miſerat/vt vna cum Margareta ipſius Cæſaris Ami/ta/quæ iamdudũ Flandriæ adminiſtrationi præerat: in confinibus vtriuſq; Prouinciæ cõueniret. Nec diffi cile admodum fuit vtrinq; animis ad concordiã inclinã tibus rem componere, Gallo præſertim Heliodoram ipſius Cæſaris ſororem viduam in matrimonium du/cente & numerante pro filiorum redemptione aureo rum uigeſies centena milia. Fama aduentus Cæſaris in Italiam increbeſcente Franciſcus Sfortia qui profli/gato exercitu: & capto Franciſco Burbonio Duce/nul lam amplius in Gallo ſpem ſibi supereſſe proſpiciebat & ſua cum venetis arma ad Ducatum recuperandum parum eſſe arbitrabatur quomodo Cæſari reconcilia/ri poſſet/in dies anĩo voluebat: nemoq; ad id Põtifice magis idoneus videbatur: tum quod Romanæ eccle/ſiæ haud minimũ conducebat Italiam eſſe paccatam: tum etiam quod Cæſare in Inſubribus occupato nulla ſubiugandæ Florentinæ Reipublicæ aderat occaſio. Acceſſit inſuper ad mouendum Cæſaris animum bel lum/quod eo tempore Solymanus Turcarum Im/perator aduerſus Ferdinandum ipſius Cæſaris fratrẽ tantis viribus gerebat/vt paucis diebus omnem infe

riorem Pānoniam expugnatis arcibus/ & locis qui/
buſcunq; eius Prouinciæ munitioribus in poteſtatem
redegerit:adeo vt niſi Vienna ciuitas magno militum
præſidio munita obſtitiſſet:qui tantos conatus retar/
daret in tota Germania obuiam habiturus eſſet nemi
nem. Quamobrem Carolus Cæſar vbi Genuam ap/
plicuit/his copijs quas ſecū nauibus aduexerat Pla/
centiam ire perrexit:Euocatūq; ſtatim ad ſe Antoniū
Leuam:qui poſt captum Franciſcum Burbonium/&
profligatos Gallos aduerſus Venetos Caſſiani ſupra
Abduam caſtrametatos/exercitum adduxerat/comi
ter excepit vnaq; de rebus Inſubrum collocutus/ & ſi
maxime eius animus ad pacem Italicam inclinaretur:
tamen homini ſumma Cupiditate conficiendi iamdu
dum cœpti belli inflammato exercitum aduerſus Sfor
tianos/qui Papiæ inerāt/ adducere permiſit:propte
rea qđ a Legatis Franciſci eorum Ducis impetrare nō
potuerat/vt eam ciuitatem atq; Alexandriam ſeque/
ſtro Clemēs Pontifex teneret: dōec de innocentia Prī
cipis cognoſceretur.Erecta eo tempore mirum in mo/
dum omnium erant ſtudia:Nam & qui Cæſaris parti
bus fauebant/nihil ipſum in Italia agentem non con
ficere poſſe ſperabant:& qui Franciſcum Sfortiam cu
piebant imperare/tum ob eius innocētiam Pontifice
præſertim interceſſore/tum ob conſeruādam Germa
niam aduerſus ingentes Turcarum vires Cæſarem ne

ceſſitate adductum iri ad Principem reſtituendũ exiſtimabant: haud enim veriſimile erat aduentante iam hieme totum bellum eo anno confici poſſe: & in proximum differre in tanto Turcarum metu non ſatis tutũ videbatur. Non parum etiam mouebant tot Exercitus nuper ex Germania/atq; Hiſpania adducti: præter Veteranos qui ob ipſius Cæſaris aduentum/non ſolum præſens ſtipendium: Sed præteriti etiam temporis efflagitabant & facta ſeditione ad quingentorũ numerum Mediolanum ingreſſi cum in vrbe circiter viginti dies moram traxiſſent/preter ceteras vexationes ſumptum dedere ciuibus aureorum pluſq̃ decem miliũ. Reliquũ igitur erat rebus compoſitis Franciſcũ Sfortiam in paternum/Auitumq; ſcæptrum reſtituere niſi id e dignitate Cæſarea haud eſſe Antonius Leua aſſeuerans/magnis viribus Papiam oppugnare/machinas bellicas/& tormẽta q̃plurima adducere/ſcalas parare militeſq; ad p̃liũ expedire p̃peraſſet qb9 reb9 & ſi parũ mouebat Annibal Picenardus, qui p̃ſidio vrbi inerat tamen quũ in ſecũdũ vſq; menſem commeatus intus non ſuppeteret/& emiſſis pauloante quattuor peditum cohortibus ad ſancti Angeli Oppidum quo ipſe Leua exercitum adducere diſſimulauerat/paucos in vrbe contra tantas hoſtium vires haberet: anteq̃ ab hoſtibus oppugnatio fieri cœpta eſſet de ciuitate tradenda accepta militum/& rerum ſuarũ

incolumitate paciſcitur/non ſine maxima adeptæ an tea gloriæ imminutione/atq; auaritiæ nota:quod me tu amittendæ ad eam diem congeſtæ prædæ deditio/ nem fecerit: Sed vt cunq; ſit/hoc vnum detrimenti Pi cenardus attulit/quod amiſſa Papia grauiores poſtea conditiones impoſitæ ſunt:Pacis enim conſilia haud propterea aſpernatus Cæſar anteq̃ Bononiã profici/ ſceretur/quo Clemens Pontifex ad ipſum excipiẽdũ Roma veniebat/Mercurinum Cattinarium Cardina lem/ſummumq; Imperij Cancellarium Cremonã mi ſit:vt cum Sfortia de conditionibus reſtituendi Duca/ tus ageret:moxq; Antonium Læuam quẽ huic cœpto exiſtimabat obſtare/Bononiam ad ſe euocat:atq; in/ terea Lodouicum Barbianum Inſubribus Prepoſitum eſſe iubet.Cæterum ne dum pax tractaretur/ milites qui in Inſubribus hibernabant/nihil agerent:Barbia nus Hiſpanos/atq; Italos Pedites/quos ad ſeptẽ mi lia ſecum habebat/ad Oppidũ ſancti Angeli addu/ cit:quod Sfortianorum duæ totidemq; peditum Ve netorum cohortes p̃ſidio tenebant:Sed poſtq̃ aliquã diu tormentis/& machinis oppugnaſſet mœnia na/ ctus oportunitatem iugis pluuiæ cum ſcloppetariorũ ſub diuo pro muris dimicantium/nullus eſſet vſus/ Barbianus ſuos ſcutis innixos gladijs/& pilis aduer ſus hoſtes pugnare,imprimiſq; ipſe inter medios ver ſari:ac ſtrẽuos quoſq; murũ aſcẽdere hortat̃: Sfortiani

igitur/& veneti/cum ignitas cordas ob pluuiam ma/nibus tenere nõ poſſent:& idcirco abiectis ſcloppis cõminus pugnare neceſſe eſſet/fracti animis paulatim hoſti cedere/atq; aditum Cæſarianis præbere intra oppidũ.Itaq; ingreſſi quos primum habuere obuiam ad vnum fere omnes neci dedere:reliquos autem iam mitigatis animis inermes pecũijſq; ſpoliatos abire p/miſſerũt.Hoc ſucceſſu elatus Barbianus & ſi valde cuperet Laudẽſem expeditionẽ aggredi: ꝑpterea qđ eã ciuitatẽ toto in bello tanq̃ duriſſimam frontem Cæſariani obuiam ſemper habuerant:tamen & hieme iam aduentante/& parum ſuppetente militum ſtipendio ſatius duxit trans Abduam proficiſci/vbi nullis ante acto anno militũ hoſpitijs homines vexati commea/tu abundabant/q̃ fruſtra ciuitatẽ præſidio & mœnib⁹ munitiſſimam temptare.Iamq; Caſſiani ſupra Abduã confecto ponte,& parte copiarum tranſmiſſa nõnullæ hiſpanorum cohortes ex iis qui egeni nuncupabantur retrocedendi conſilio inito Mediolanum properabãt: quũ Barbianus audita ſuorum ſeditione ad vrbem aduolat:Et ne ciues per vim illos alere aut quidq̃ durius pati cogerentur quemadmodum pauloante Leua Papiam oppugnante contigerat precipit omnibus/q p ætatem poſſint/arma caperent. Quare hiſpãi,qbus ſine proelio introire nõ licebat/retrocedere/ad exer/citumq; proficiſci q̃ pugnæ periculũ facere ſatius du/

xerunt.Per id tẽpus veneti ne ſoli quietẽ Italiæ ægre ferre viderentur/de pace cũ Carolo Cæſare Bononiæ agere cœperunt. Quocirca Franciſcus Sfortia magis ad pacẽ accẽſus decreuit quo quomodo reſtitutiõis cõditiõis accipe: & allato ꝑ fide incolumitatis diplomate Bononiam proficiſcitur: vtq; primum ad conſpectũ Cæſaris acceſſit/verba fecit in hanc ferme ſentẽtiam. Nihil mihi vnq̃ fuit optatius dum per tuos inuictiſſime Cæſar licuit/quã vt aliquando daret occaſio/qua meam erga te obſeruantiam & ſtudium demonſtrare poſſem. Cognouiſſes.n.te nullatenus in immemorem beneficium contuliſſe. Sed quando ſors ita ferebat/vt non ſufficeret tuo me auxilio in paternum Ducatũ reſtitutum eſſe: niſi iterum atq; iterũ victricia tuorũ arma contra hoſtem multoties bellũ inſtaurantem præſto fuiſſent: Gaudebam ſaltem quod in tantis rerũ turbinibus inclinante nonnunq̃ ad hoſtes fortuna animũ tamen ſemper eundem ſeruaueram: neq; hoſtis pollicita/neq; cuiuſpiam ſtimuli meam erga maieſtatem tui nominis fidem labefactare potuerãt. Quod quũ ita palam eſſet, vt te nullo modo ignorare exiſtimarẽ: fieri poſſe non putabam: vt quũ tanta fidei in me documenta perſpexiſſes/in ſuſpicionem læſi Romani Imperij apud te inciderem. Sed quoniam in non obſcura multorũ æmulatiõe tibi neceſſe erat interdum cõſilijs tuorum, quibus immitiora conſilia magis placebant/

aures adhibere:ipſe caſum meum potuis ſemper do/
lui,quod per locorum diſtãtiam cauſam meam iuſtiſſi
mam apud te probare nõ poſſem/quã tuã in me(etiã
cum tuorum armis acerrime obſidebar)aſperitatem
aut inclementiam vnquã accuſaui:quin etiam ſperaui
omni tempore non modo tot calamitatibus Italiæ/ſed
meæ etiam expulſioni nullum ab alio quã a te ſaluta
rius remedium afferri poſſe.itaq; aduentum tuum vo
tis expoſcebam.In animum.n.induxeram quãdo te ab
ſente incognita cauſa fueram damnatus nunc te iudi
ce in Italia exiſtente innocentiam meam ab inuidorũ
calumnijs tutam fore. Atq; hæc cum dixiſſet Sfortia
reddito ſtatim Cæſari diplomate/nulli rei ſe magis cõ
fidere quã beignitati clemẽtiæq; ipſius aſſeruit.Quo
circa Cæſar pro re pauca reſpõdit/amplexatuſq; prin
cipem bono iuſſit eſſe animo:poſtmodũq; Pontificis&
Mercurini Cardinalis opera conſtitutis de reſtitutio/
ne conditionibus/Sfortiæ neceſſe fuit preter ea quæ
purpuratis ipſius Imperatoris dono dedit ſummã au/
reorũ noningentorũ miliũ ipſi Cæſari polliceri:e qui
bus prio anno/qui erat a partu virginis trigeſimus ſu
pra Milleſimũ & quingenteſimũ atq; huiuſce belli de
cimus quadringentamillia/reliqua æquis penſioni/
bus in annos decẽ numerare teneretur. Cognita Frã
ciſci Sfortiæ reſtitutione,hiſpani iterũ iam Ludouico
Barbiano ex acuta febre Mediolani vita functo ſedi/

tiõe facta vrbẽ hoſtiliter minãtur ingredi:niſi emerita
iamdudũ ſtipẽdia ſibi a ciuibus pendantur.Quáobrẽ
Mediolanenſes conuerſo in moerorẽ gaudio/quod ob
reſtitutũ Principẽ ſuũ cõceperant/legatos ad Cæſarẽ
mittunt/obſecrantes vt iã firmatis cũ Frãciſco ipſorũ
Duce pacis cõditionibus miſerrimã ciuitatẽ ad ſupe/
riores ſũptus & erũnas,quibus plus æquo iãdudũ ve
xata fuit/redire non ſinat.Et propterea ſi quæ militi/
bus reſtant exſoluẽda ſtipẽdia/ea ex priuatis Medio
lanenſiũ pecunijs/quæ iãpridẽ exhauſte ſunt/nequa
quã erogari debere.Quod cũ Cæſar æquũ eſſe aſſer
uiſſet/vt eo metu ciuitatẽ liberaret: militũ partẽ ex/
auctoratã in patriã redire iuſſit/reliquos aũt traduxit
ad Florentiã obſidendã:neq; in Inſubribus quẽquã re/
manere permiſit:preter illos qui Comi & in arce Me/
diolanenſi cuſtodiæ præfecti erant,vtrũq;.n.locũ in pa
cis cõditionibus tanquã pignus pecuniæ prio anno ꝓ
miſſæ ſibi reſeruauerat. Quáobrẽ Franciſcus Sfor
tia acceptis a Carolo Imperatore iuſtis ducatus Medio
lanenſis titulis Alexandrũ Bentiuolũ vices ipſius ge/
rentẽ,Iacobũ philippũ Saccũ ſenatꝰ p̄ſidẽ/cœteroſq;
Magiſtratus Mediolanũ ad ſuſcipiendã Imperij ad/
miniſtrationẽ mittit:qui ſtatim vocatis vrbanarũ rerũ
p̄fectis vt tã ingens pecuniarũ ſumma exigeretur ve/
ctigalia primũ oĩa duplicarunt:mox cũ ob populi pau
citatẽ ea minime ſufficerent;ne tanti oneris quiſquã

imunis eſſet decretũ eſt vt in ſingulos farinæ triticeæ medimnos aureus numus tertia parte adiecta, parũq; plus eius dimidio in parem ſiliginis/& milij menſu/ram/at in vnam quamq; vini metretam aſſes æris vi/ginti tantum exſoluerentur. Cæteris quoq; in ciuitatibus/& locis Mediolanenſis ditionis præter conſueta vectigalia par tributum licet alia/atq; alia ratione impoſitum eſt. Atq; hæc quamq̃ grauiſſima eſſent præ/ſertim populis tam diu atrociſſimo bello, fame/ ac peſte vexatis: tamen tanta animi moderatione antea Frãciſcus Sfortia imperauerat/ vt eo reſtituto omnes in meliorem viuendi ſpem erecti ſint.

Non nulla librarij in curia deprauata ita corrigi debẽt ſi quæ autem paucula reſtant ea peritus lector per ſe facile deprehendet.

De rebus getis	fo.i. in tit. operis		geſtis
Arborum	fo.iiii.	verſ.v.	armotũ
Exploraturus	fo.v.	verſ.xxxv.	ſciſcitatum.

Trimultium	fo.v.	verſ. xxv	triuultium.
Sfortiæ	fo.io.	verſ.xxi.	Sfortiæ
Si apud Papiã.	fo.xiii.	verſ.xxxii	Si adhuc
Aue norũ	fo.xxx.	verſ.xxv.	Auernorũ
Mogũiæ	fo.xxxiiij	verſ.viij.	Mogũtiæ
Italiæ rex	fo.xxxv.	verſ.xxviij.	res
Tum	fo.xxxv.	verſ.xxxi	tam
D	fo.xxxv.	in regiſtro	E i i j
feſis	fo.xxxix	verſ.xxix.	feſſis
cam	fo.xl	uerſ.xxix.	cum
Monticella	fo.xliij	uerſ.lij	Monticellum
peruerit	fo.xlvj	uerſ.xxxvj	peruenerit
æquum	fo.xlvij.	uerſ.l.	quum
numeri	fo.liij	uerſ.xv	nummi
ſibi Sfortianis	fo.l.	uerſ.xxv	ſibi a Sfortiãis
poſſimus	fo.l.	uerſ.xxiiij	poſſumus
confeſſim	fo.lix	uerſ.xxxij	confeſtim
inttauerat	fo.lx.	uerſ.xxvi.	intrauerat
hoſtrum	fo.lx.	uerſ.xxxij	hoſtium
remorarent̃	fo.lxi	uerſ.xlij	remoraret̃
morarentur	fo.xc.	uerſ.iiij.	morerentur
conditionis	fo.ci.	uerſ.v.	conditiones

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cautum eſt nē quis hunc librum Mediolani typis excuſſum anno a partu virginis.M.D.xxxi.menſe Februario in Mediolanenſi dominio hinc ad quinquennium denuo Imprimat/alibiue impreſſum vendat.

[illegible] Carolus [illegible] Rege Francorum
[illegible] Italiae
[illegible] Franc[illegible]
[illegible] fol. 101. a
[illegible]
[illegible] f. 119
[illegible] Regis Franciae f. 97. 110.
[illegible] Regis Galliae [illegible] in Italiae
[illegible]
[illegible] 29. 43. [illegible] f. 67
[illegible] 26. 27. 64. 57. 60. [illegible] f. 39
[illegible] f. 76
[illegible]
[illegible] f. 75
[illegible] f. 171
[illegible] f. 65 a
[illegible]
[illegible] f. 63
[illegible] 24 [illegible]
[illegible] 25. 71. 72
[illegible]
[illegible] 16.
[illegible] 23.